parꝫ valet si dicať ꝙ hoc est assumere corp⁹ qd̃ est circũuestire sibi vt vlli appareat z opeť aliq̃s oportũas ꝑ tẽpore opationes. Cõtra in illo corpe loquiť angelus. loquela aũt nõ fit sine cõceptiõe intentionũ illarũ q̃ exprimunť ꝑ linguã. oportet igiť esse viã q̃ ab intellectu cõcipiẽte deueniãt ad sermonẽ platũ: sicut in nobis est ꝙ intellect⁹ continuať imaginatiõi ꝑ vnionẽ intellectualis ptis cũ sensibili. z iõ intentio intellectus accipit imagines corporales in organo imaginatiõis: z illã cõtinuationẽ hẽt cũ sensu cõi. z ibi accipit imaginatiões sensibiles/z a pte sensus cõis est per neruos cõtinuatio cũ linguat. ex quib⁹ fluũt in fmonẽ expssum. nihil aũt taliũ est int corp⁹ angeli z intellectũ cõcipientẽ q̃d loquať: g̃ videť ꝙ impossibile est vocib⁹ exprimere id qd̃ intẽdit: sed oĩs vox sua erit non significatiua Si aũt di. ꝙ angelus gñat intẽtiões ꝗcationũ in vocib⁹ illis. Contra in pcedẽti dis. habuimus ꝙ nõ sunt gñatiões formeaicui⁹: sed sicut agricole opanť: g̃ nõ pñt etiã gñare intẽtiões illas in sono quẽ pferũt. P̃ oĩs forma gñať a ꝓpo effectiuo: igiť de forma q̃ est intẽtio significatõis i voce quã apl'us vocat virtutẽ vocis z aug. sil'r gñans hẽbit ꝑ prũ. cõstat aũt ꝙ hoc nõ est natura: qz natura nõ vtitur talib⁹: g̃ erit intellectus: g̃ necesse est ꝙ intellectus ꝑ aliquẽ modũ cõtinueť organo vel instrumẽto quo

20

Solo Obiectio

Alia obo

In op. obr ꝑ veritate.

Solutio

Ad primũ

formaḡ vox illa: ⁊ tūc redit eadē cōclusio q̄ prius habita est. Eodē mō querīt si illud corpus qō est aiatū vt serpens ⁊ asina p imaginationē ⁊ sensus ⁊ spm̄ animalē fuerit causa illius vocis q̄ sonabat p os eiꝰ / vel nō? Videt q̄ sic: q̄ faciliꝰ ⁊ apriꝰ fit aliq̄d morore naturali q̄ violento, aia aūt illius aialis fuit natura lis moror corporis: ḡ debuit fieri p illū. Sed ꝗ imaginatio illius aialis ⁊ sensus cōis illius non sunt apta vt in ipa vel p ipa fluāt intentiones intelligibiliū sniaꝝ ad vocis formationē: cum igit ille voces plate significatiue fuerint sentētiaꝝ cōceptaꝝ ab intellectu videt q̄ mediantib̄ viribꝫ illoꝝ animaliū plate nō fuerunt. Ulterius q̄rit de organis sensuū q̄ apparēt in talib̄ corporib̄. cōstat em̄ q̄ ois diuersitas q̄ est in corpore naturali est ꝓter diuersitatē virtū q̄ est i aia vt dicit cōmentator sup. 2. de aia: ḡ videt q̄ etiā oculꝰ in corpore assumpto est / vt videat p ipm angelꝰ: ⁊ aures ad audiēdū: ⁊ sic de alijs. Sed cōtra hoc est q̄ tunc sensibilū cognitionē haberet angelus accipiendo aliq̄d ab ipis sensibilib̄: ⁊ hoc est supra improbatū. Ꝑ vis visiua hois non videret p oculū asini: q̄a nō habet ꝓportionē nisi ad organū sibi ꝓprū ⁊ cōnaturale. angeli aūt ⁊ demones in diuersis figuris apparēt: ḡ videt q̄ illa mēbra q̄ vident in eis sint ociosa. Solo sine p̄iudicio de occultis loquens dico q̄ angelū assumere corpus est circūuestire sibi ad operandū ⁊ apparēdū fm cōgruitatē officij / qō tūc ostendere ⁊ pficere intēdit: ⁊ puto q̄ corpus sequit ad nutū angeli obediendo sibi. Adid aūt qō querit de sermone dico q̄ duplex est opinio de generatōe intentionis in sermone prolato. Quidā em̄ dicunt q̄ eadē q̄ est in intellectu effluit p imaginationē ⁊ sensum cōmunē: ⁊ puto q̄ illa est falsa: quia spēs nō format intellectus: sz accipit a reb. ⁊ ideo si effluerēt eedē post doctrinā nō manerēt ibi. Alia est opinio vera q̄ intellectus mediantib̄ viribꝫ aie sensibilis in spū attracto verberās ⁊ figurās voces generat similes illis in sonis / sicut ars in materia generat sibi spēm similē. ⁊ puto q̄ hoc est verꝫ. sed hoc bene possunt angeli facere: sed rm̄ est dr̄ne q̄ angelus generat eas p corpꝰ nō vnitū sibi: hoc aūt p vnitū. Ad id aūt qō cōtra obij cit dōm q̄ nō est ibi via cōtinua nec in corpore aiato vt serpens: nec etiā in nō aiato. nec tū sequit q̄ angeli creent eas: sed faciūt amiculū vt de materia ꝓpa sibi educant: sicut etiā faciunt in corporꝫ trāsmutatiōe vt dictū est supra. hoc aūt nō est nisi formatio figurarū in sono: q̄ illa habita habet signū intellectꝰ Ad aliud dōm q̄ vt puto illoꝝ animaliū lingue imediate mouebant ab angelo / ⁊ nō ab ania ꝓria: ⁊ iō etiā rationalia nō fuerunt: nec tales voces cū pferrētur imaginabant. Ad aliud dōm q̄ vt puto angelus fm se totū adest in corpore illo: ⁊ nō distinguit fm vires ad similitudines organoꝝ que apparēt i corporibus illis. vnde nō video q̄ possim sustinere q̄ audiat p aurē / ⁊ videat p oculū / ⁊ sic de alijs. nec tū sunt inutilia: quia faciunt ad intelligendū misteriū obsequij / vel malicie quā faciunt circa nos: ⁊ ideo etiā in diuersis formis apparent.

Questiūcl'a scōa.

Obiectio

Obo 2a.

Questiūcl'a tertia.

Obo p̄ma.

2a

Solutio ad primū. ⁊ cū obiectis

Ad 2m

Opinio p̄a

2a

Ad q̄stiūculam scōam cū p̄a oboe.

Ad 2am obiectionē

Ad q̄stiūcula tertiā. cū obis.

Arti. IIII. D

Unde assumant corpora angeli vtrū ē elementis aut natura celi: ⁊ vtrū formentur corpora paulatim aut subito.

Arg. primo q̄ nō a celo.

Quarto querit de quo corpore assumant vtrū de celi corpe vel elementis? Si em̄ det q̄ ō celo / tunc oporteret q̄ pars celi euelleret a parte alia: ḡ erit diuisibile ⁊ corruptibile: qō ipsorbat a pho i. 1. celi ⁊ mundi in fine. Ꝑ corpus qō p motū suū causa est fm naturā omnis generatiōis ⁊ corruptiōis impossibile est q̄ generabile ⁊ corruptibile intelligat: tale autē est corpus aliqō quodcunq̄ sit illud: quia oportet corpus accedens ⁊ recedens obliq̄ ⁊ recte faciat trāsmutationē diuisam que apparet. Si ḡ hoc corpꝰ nō est celū oportebit te q̄rere aliud: ⁊ si nō inueneris dabis illud: ḡ impossibile est diuidi ipm: ḡ nō assumunt inde corpora. Itē illud corpus p naturā aliq̄ modo nō potest habere nisi motū circularē: ḡ angeli nunq̄ venirent ad nos in ipo: sed semp̄ girarēt centrū terre Itē illud corpus nō est receptibile figure nisi circularis: vt probatū est in. 2. de celo ⁊ mundo. angeli aūt apparent in figura hominū ⁊ leonū ⁊ multorum alioꝝ: vt dicit dyo. ḡ corpora nō sumūt de celo Si aūt dicas (sicut inuit in lra) q̄ boni sumunt corpꝰ de superiori aere / ⁊ mali de inferiori. Ad hoc sequit multiplex incōueniēs: quoꝝ primū est q̄ aer est calidus ⁊ humidus: sed maxime humidus: ḡ mime terminabilis ꝓprio termino: sed semp̄ fluēs ad alia: ḡ quocunq̄ moueat cōtinuabit illi aeri ad quē trahit: ḡ nō remanet corpus angeli distinctū a toto aere cū mouetur i ipo. Secōm cū humidū p̄apue nō corporale sit sicut ē aer nullo modo retentiuū sit figuraꝝ. sequitur q̄ corpus angeli nullius sit figure nisi p accīs si vasi infūdat ⁊ figuras vasis habeat q̄diu est in vase: ⁊ hoc ridiculū est dicere de angelis. Tertiū q̄ cū sepe moueant a nobis in celū cōburerent in igne corpa illa / ⁊ demonū in inferno Quartū quia cū omne corpꝰ diuisibile sit secarent corpora illa / ita q̄ pars caderet a parte / qō multi nisi sint facere demonib̄: ⁊ non potuerunt. p auctoritates hic obijcere superfluū est: quia infinite supperunt Solutio sine p̄iudicio dico q̄ formant corpora de aere: sed habent potestatē p semina naturalia inspissandi ⁊ miscendi aerē: quia cū aer naturaliter frigido ꝓtrahente grossat in aquā: ⁊ aqua in terrā: ⁊ calido subtiliante terra ⁊ aqua in aerē. vñ dico angelum hoc posse facere subito qō natura facit paulatim. ⁊ bene cōcedo q̄ nō tenent figuras nisi miscant ad grossiciē: ⁊ iterꝫ subito verant in subtilitatē inuisibilē p alias causas seminales adhibitas. ⁊ ideo si secant quasi cōtinuant statim: ⁊ nō cū alio corpore quia terminata sunt causis seminalib̄ miscentibus ⁊ grossantib̄: ⁊ hoc intelligo velle dicere lram / cū dicit q̄ mutant ⁊ versant vt volunt. ⁊ per hoc patet solutō ad totū: q̄ bene puto q̄ stultū fuit dicere q̄ essent corpora illa de natura celi.

20 ad 1

30 ad 1

40.

Querit p̄ sumū de aere. Arg. primo q̄ nō.

Primū.

2m

3m

4m

Solo ad totū.

Querit de actibꝰ angeloꝝ an boni possunt comedere ⁊ mali generare: ⁊ vnde mali habeant semen sue generationis.

Arti. V. E

Quinto querit de actib̄ quos faciunt in corporib̄ illis: ⁊ p̄capue de duob. s. vri alimēto qō fecerunt sepe boni ⁊ generare qō dicunt facere mali. videbant aūt vere comedere: q̄ abraā patriarcha q̄ spūalis erat. ⁊ ꝓbabile est q̄ discretionē habuerit obtulit eis cibos ⁊ illi comedebāt: ḡ videt q̄ vere comedebāt. Itē angelos qui sunt nuncij veritatis nō decet p̄stigijs fantasticis homines illudere: ḡ videtur q̄ nihil ostenderūt angeli in se / qō fm veritatē nō fecerunt. Itē quāuis imortales sint ⁊ nō indigeāt ex hoc nō sequit q̄ non vere comederint: q̄ etiā dñs

Argum p ō comedit

20

30

4o resurrexit in corpore immortali & impassibili: & tñ vere
comedit & bibit: sicut legit̃ in euãgelio. Itẽ vere lo-
5o quebant̃: & nõ est magis rõ quare vere agunt vnum
actũ corporalẽ q̃ aliũ: g̃ & vere comederãt. Sed si
hoc det̃ tunc sequit̃ q̃ vere digesserint cibos: & vere si
bi aliqõ incorporauerũt: & cum hoc fiat ad restaura-
tionẽ deperditi oportebit q̃ in illis corporib̃ calore na-
turali aliquid deperderet̃ que absurda sunt p̃ter alia
Questiõ cl'a 2a q̃ que ex hoc inmunda sequerent̃. Ex opposito etiã q̃-
2a õ gñatio rit̃ de angelis malis vtrũ generẽt: & videt̃ aũt q̃ sic: q̃
ne demonũ verissime legit̃ de incubis & succubis demonib̃: & vi-
Arguit̃ po dimus p̃sonas cognitas ab eis: & loca in quibus vir
q̃ sic. 2o vnq̃ per noctẽ potest dormire vir: q̃n veniat ad eum
demon succubus Itẽ rumor publicus de merlino
Qu: stiõ cl'a filio incubi testat̃ hoc: vt videt̃ Sed tunc queritur
tertia. vnde veniat semẽ: aut ei decidit̃ ab eodẽ corpore aut
Vbo p̃ma. 2a apportat̃ alienũ. si ab eodẽ hoc nõ potest esse: q̃ ẽ nõ
est humanũ. P̃ semẽ licet descindat̃ a toto corpore
tñ ex maxima sua parte descindit̃ & a cerebro & epate
& corde: & p̃cipue a cerebro. & talia membra interiora
nõ sunt in corporib̃ illis assumptis: quia superfluũ eẽt
3a P̃ fm iudiciũ Aristo. spũs quidẽ retẽtus in viscosi
tate seminis habens in se virtutẽ triplicẽ a calore ele-
menti & celi & aie facit op̃ informatiue virtutis. me-
dici aũt dicunt q̃ spũs tripler retinet̃ in seminis vi-
scositate. s. anĩalis / naturalis / & vitalis: & q̃ ille spũs
Solo facit totũ. & vnde venit ille spũs in corpus assumptũ
a demone: Si dicas q̃ assumit corpus hois mor-
tui quando vult operari tales actus / & ab illo descin
4a dit tale faciendo ipm p̃ mortum & semina caloris bau
5a sta in elementis. Cõtra hoc est q̃ mortuũ est / et si
totũ liquesceret nõ faceret semẽ aptũ generatõi Itẽ
Solo. nõ habet principiũ cuius est ille actus. s. animã vege
tabilẽ: qualit̃ ergo ponit̃ generare: Si aũt dicas
(sicut videt̃ dicere augu.) q̃ accipit semẽ a polluti & 6a
transfundit / vel facit se succubũ vni / & incubũ alteri:
& ita transfundit. Hoc nõ videt̃ esse: quia tradunt
auctores q̃ etiã propter longitudinẽ genitaliũ vel in-
eptitudinẽ euaporat semen in egressu / & expirat ab eo
7a spũs ita q̃ nõ sit aptũ generatõi: ergo multo magis
expirabit transportando de loco ad locũ. Itẽ si ta-
le genus demonio̅ intendit generatõi principaliter
tunc posset sine coitu ponere semẽ acceptũ in matricẽ
Solo. mulieris q̃re coit cũ ipis: p̃cipue cũ mora coitus faci-
at ad expirationẽ seminis. Si dicas q̃ ad genera-
8a tionẽ exigit̃ etiã semẽ mulieris: & ideo coit vt hoc de-
scindat. Cõtra per motũ matricis fm Auicẽn. hoc
Solo. potest descendere: g̃ cũ possit matricẽ mouere videtur
q̃ sit superfluũ coire. Si dicas q̃ nõ sit necessarium
9a semẽ ad cõceptũ: quia dicit Isidor̃ q̃ eque in insula
portugalie cõcipiunt ex vento Hoc nihil est: q̃ nõ
dicit q̃ mulieres possint hoc facere ex vento: & nos lo
quimur de cõceptu mulieris a demonib̃. P̃ Isid. di
Solo cit multa in libro illo de animalib̃ q̃ nõ bene proba-
ta sunt Solutio dicendũ sine p̃iudicio q̃ angeli nõ
vere comedunt. Est em̃ dupler comestio fm aug. 22.
de ci. dei. s. indigentie & potestatis. indigentie est qua
nos vrimur q̃n nobis cibus ad restaurandũ deperditũ incorporat̃. potestatis aũt est qua probat̃ in esse
vis naturalis ad comedendũ: sed nõ indigentia. & sic
comedit dñs post resurrectionẽ: sed tñ cibus redact̃
est in preiacentẽ materiã: sicut aqua pluuialis sole: et
sicut cõbustibilia p̃ ignẽ. sz̃ neutrũ istar̃ bene possum
ponere in angelo: quia naturalẽ potestatẽ alicui̅ ope-
ris q̃ nunq̃ infuit & cõtra naturã inesset si esset po-
nere in aliqua substãtia est vanũ & frustra in operib̃
dei & nature ponere: sic aũt se habet angel̃ ad come-
dere. & hoc est q̃ dixit raphael Tho. 12. Quãdo vi-
debar comedere vobiscũ nõ comedi: ego eũ inuisibili
cibo vtor qui ab hominib̃ videri nõ potest. Ad id Ad p̃mũ
autẽ quod obij̃t̃ de abraã dico q̃ recognouit quidẽ q̃ obr de
misteriũ trinitatis in eis figurari. sed no recognouit abraã
esse angelos vsq̃ post mensam. & hoc nõ est inconueniens / nec minore sanctitatẽ ostendens. Ad aliud di
cendũ q̃ angeli talia fecerunt referendo ad aliq̃d spi- Ad ea q̃ sũt
rituale & morale: sicut dominus finxit se longius ire. & õ comestiõe
fm relationẽ ad illud nõ erat prestigium: sed veritas
Ad aliud quod querit̃ de generatiõe nescio fm ve Ad questiõ
titatẽ quid dicã: sed hoc videt̃ probabilius q̃ succubi lã scõam de
sint ad vnũ / & incubi ad aliũ: tamẽ verissime ab eo nu gñatiõe de-
per qui adhuc viuit intelleri q̃ dũ molliciei vitio sub monũ.
iaceret quodã tẽpore infiniti cati circa cũ pollutũ ap-
paruerunt maximo eiulatu & strepitu semẽ lingentes
& deportãtes. Ad hoc aũt q̃ obij̃t̃ de euaporatõ Ad obonẽ
ne seminis potest dici q̃ circũponũt illud seminib̃ si- sextõ.
milibus calore naturali: & ita fouent & retinent: sicut
reseruat̃ quãdoq̃ post decasionẽ in vasis seminarijs
ad tempus q̃ nõ perit: & p̃ hoc patet solutio ad totũ.

Qõ deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

Nec dubitandũ est deũ in corporalibus formis apparuisse hominib̃: sicut aug. in. ij. li. de tri. ostendit conferens diuersa scripture testimonia ex quibus deũ in corporeis figuris hominibus apparuisse p̃bat: & aliquando ex p̃sona dei sine distinctiõe: aliquãdo sub distinctione p̃sonar̃ sermonẽ eis factũ esse.

De perplexa questione quã ponit augustinus querens an ad exhibẽdũ has corporales apparitiones creatura noua sit formata an angeli qui ante erant missi: & si ipsi missi sunt vtrũ seruata sui spiritualis corporis qualitate aliquã speciem corporalẽ de corpulentiori materia assumpserint an propriũ corpus suũ mutauerint in speciẽ actioni sue aptam.

Sed vbi deũ hominibus in corpalibus imagib̃ apparuisse asserit: pplexã q̃stionẽ ppo-
nit quã nec absoluit q̃rens vtrũ in illis corpo-
ralibus apparitionibus creatura aliqua crea-
ret̃ ad illud opus tantũ in qua deus homini
bus appareret: an angeli q̃ ante erant ita mit
terent̃ vt manentes in suis spiritalib̃ corpo-
ribus assumerent ex corpulenta inferiorum
elementor̃ materia aliquã spẽm corporalem

quã coaptatã quasi aliquã vestẽ mutarẽt in quaslibet spẽs corpales veras quidẽ: an corpus suũ ꝓpriũ verterent in spẽs aptas actionibus suis ꝑ virtutẽ sibi a deo datã. Ait enim ita augustinus in. iij. li. de trinitate. Querendũ est in illis antiquis corporalib⁹ formis et visis vtrũ ad hoc opus tantũ creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse indicauit humanis ostendere ꝓ aspectibus: an angeli qui iã erãt ita mittebant: vt ex persona dei loquerent assumentes corporalẽ speciem de creatura corporea in vsum ministerij sui: aut ipm corpus suũ cui nõ subdunt: sed subditũ regunt mutãtes atq; vertentes in species q̃s vellent accomodatas atq; aptas actionibus suis ꝓm attributã a creatore sibi potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis mee: vtrum angeli manente spirituali sui corporis qualitate: per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus corpus qõ sibi coaptatũ q̃si aliquã vestem mutent ⁊ vertant in quaslibet spẽs corporales ⁊ ipas veras: sicut aqua vera in vinũ verum cõuersa est a domino. An ipa propria corpora ⁊ sua transformet in id quod volunt accomodatũ ad id quod agunt. Sed qõ hoꝝ sit (quoniã homo sum) nullo experimẽto comprehendere valeo: sicut angeli qui hoc agũt Attende lector quia questionẽ propositã nõ soluit: sed indiscussam reliquit vtrũ angeli q̃ mittebant seruatis suis proprijs spiritalib⁹ corporib⁹ superuestirent aliqua corpulẽtiori specie in qua possent videri an ipsum corpus mutarent ⁊ transformarent in quãcunq; vellent speciẽ in qua possent cerni. In quib⁹ verbis videtur augustinus attestari angelos esse corporeos ac ꝓpa ⁊ spũalia hꝛe corpa.

Job. 2.

Qõ deus in specie qua est deus nunq̃ mortalibus apparuit.

Cetera hec velut nimis profunda atq; obscura relinquentes illud indubitanter teneam⁹ q̃ deus in specie essentie sue nunq̃ mortalib⁹ apparuit: sicut famulo suo moysi dicit: Non videbit me homo ⁊ viuet. Et in euãgelio Johãnis legit: Deum nemo vidit vnq̃. Visibile em̃ quicq̃ nõ est qõ nõ sit mutabile. iõ substantia siue essentia dei quoniã nullo mõ mutabilis est: nullo modo per seipam visibilis ẽ Proinde illa omnia que patrib⁹ visa sunt cũ deus illis ꝑsentare ꝓ creaturã facta eẽ manifestũ est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit deus per angelos tamen facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialit dicere nec deũ patrẽ nec verbũ eius nec spiritũ eius qui est vnus deꝰ per id qõ est atq; idipm est vllo modo esse mutabilẽ: ac per hoc multominus esse visibilem.

Exod. 33. Job. 1.

Utrum demones substantialiter ⁊ etiam boni angeli intrent corpora hominum. Arti. 5

Deinde querit de secunda parte lectionis istꝰ ibi [Nec dubitandũ est. ⁊c.] Sed hec tota lectio in ꝓmo libro tractatu de missione visibili spũsancti disputata inuenit ꝓm posse meũ. ⁊ ꝑ vltimo capitulo ẽ disputata in prima parte tertie di. ꝓmi li. ⁊ ideo trãseũdũ ẽ ad vltimã ptẽ di. ibi Illõ ⁊c infra

Utrum demones intrent corpora hominũ substantialiter: an illabantur mentibus hominum.

Illud etiã cõsideratione dignissimũ videt: vtrũ demones siue corporei siue incorporei sint hominũ substantialiter intrent corpora: eorũq; animabus illabant an ideo intrare dicantur: quia malicie sue ibi effectũ exercent dei permissione opprimẽdo atq; vexãdo eas vel in peccatũ pro voluntate sua trahendo. Qõ in homines introeant atq; ab eis expulsi ereant euangeliũ aperte declarat cõmemorans demonia in quosdã ingressa ⁊ per christũ eiecta: sed vtrũ ꝓm substantiã fuerint ingressa: an propter mali effectũ dicant ingressa nõ adeo ꝓspicuũ est. De hoc autẽ Gẽnadius in diffinitionibus ecclesiasticoꝝ dogmatũ ait: Demones ꝑ energiã operationẽ nõ credimus substantialiter illabi anime: sed applicatione ⁊ oppressione vniri. Illabi aũt menti illi soli possibile est qui creauit: qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture Ecce hic videt insinuari q̃ substantialit nõ illabant demones vel introeãt corda hominũ Beda quoq; super illũ locũ Act. apl̃oꝝ vbi Petrus ait ananie: Cur temptauit sathanas cor tuũ? dicit. Notandũ q̃ mentẽ hominis iuxta substãtiã nihil implere possit nisi creatrix trinitas: quia tantũmodo ꝓm operationẽ et voluntatis instinctũ anima de his q̃ sunt creata impletur. Implet vo sathanas cor alicuius. nõ q̃dẽ ingrediens in eũ ⁊ in sensum eius neq; introiens aditum cordis (si quidẽ potestas hec solius dei est) sed callida ⁊ fraudulẽta deceptiõe animã in affectũ malicie trahẽs per cogitationes ⁊ incentiua vicioꝝ q̃b⁹ plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananie nõ intrando: sed malicie sue virus inserendo Idẽ: Spiritus ĩmundus flãma virtutum de cordibus fideliũ expulsus: doctoribus veritatis venenũ persecutõnis infundit. His au-

Math. 8. Marci. 1. Luce. 2.

Act. 5.

toritatibus ostendit q̃ demones nõ substantialiter intrant corda hominũ: sed propt̃ malicie effectũ: de quibus pelli dicuntur: cũ nocere non sinuntur.

Illud etiã cõsideratiõe dignissimũ. ꝛc.] Querimus hic ꝯnq̃: quoꝝ primũ est vtrũ substantia
poza hominũ. Scõm aũt vtrũ substãtialit̃ illabi possint mentib̃ z animab̃. Tertiũ quid sit ĩmittere z ĩcendere. Quartũ de modis ĩmissionis z incensionis. Quintũ cui parti aĩe possint ĩmittere z cui nõ. Ad
Rões p ti tate pma.
primũ hoꝝ facilis est processus sic: Nihil eĩcit ꝯ corpore nisi qõ est in ipo. demon eĩcit de corpore: g̃ est in
2a
ipo. q̃ aũt eĩciat̃ probant euangeliũ z miracula sanctoꝝ. Itẽ multi legunt̃ possessi a demonib̃. possideri aũt est impediri vias animaliũ virtutũ ne ptingãt
3a
ad actũ discretionis humane: cũ igit̃ iste vie int̃ sint z nõ extra: z angelus sit vbi opat̃ oportet demonẽ ĩteri̊ opari: g̃ z interius adesse: g̃ sunt intra. Itẽ dicit aug. Suadẽt miris z iuisibilib̃ modis: z p illã sb
Solo
tilitatẽ suoꝝ corporũ nõ sentiẽtia corpora hoim penetrant ea sine corpore assumpto. Si dicas q̃ extrinsecus se corpori applicat: z p inergiã operationẽ int̃
Questiũ cla de energia.
presidet. Quero quid hoc sit dictu: videmus eĩ q̃ quãtũcunq̃ inordinate se habeãt in sensu/ex hoc non puertit̃ discretio interi̊ nisi illa p aliquã opationẽ ptingãt. Inergia autẽ dr̃ duob̃ modis: s. ab in z erge/qõ est labor quasi ĩterior labor. z ab in z erge z geda/qõ est terra quasi interius laborans ex terrena cõplexione. s. insipiẽtia melãcolie. z vtroq̃ mõ inergia non faciet interi̊ laborare de insipiẽtia nisi aliq̃ interius
4a
5a
turbationẽ opante. z si hoc est demon p seipm necesse est ipm interius adesse. Itẽ corpus nõ obsistit ei q̃re g̃ nõ ptinget interius. Itẽ aug. dicit q̃ imiscet se
6a
In op. arg. sic primo
sanguini z facit bullire in ira vel spumare in libidinẽ g̃ videt q̃ interius assit Itẽ legit̃ in euangelio q̃ ꝯcerpsit quosdã exiens: g̃ oportet q̃ sit interius Sz cõtra super illud: Dominus in templo sctõ suo. dicit glo. Simulachris extrinsecus potest ꝑsidere spirit̃
20
immũdus. intrinsecus esse nõ potest: g̃ multo minus potest esse int̃ in corpore. Itẽ ania ẽ in corpe in toto tota: g̃ cũ demon etiã sit in corpore in aliqua parte
30
40
erit cũ tota ania: g̃ duo spũs in illa parte erunt ĩ vno loco spũali. Itẽ in lra habet̃ id qõ dicit glo. Act̃. 5. q̃ implet sathanas nõ quidem ingrediens. ꝛc. Itẽ
50
qõ tibi nomẽ est: rñdit legio: quia multi sumus. et cũ legio sit sexmilia sexcẽta. lxvj. qualit̃ poterunt esse in
Solutio Principalis
tã paruo corpore: Itẽ quare volebant ibi inutilit̃ occupari cũ vnus posset vltra vires vexare: Solutio. mihi nõ est dubiũ q̃n hoies multi demonũ habuerunt z habeant in corpe suo interi̊: z multi etiã bonis spiritibus iuterius exñtib̃ adiuuant̃ ad multas bonas cõtemplatões z actiones. z ideo cõcedo p
Ad primũ
mã partẽ obiectionũ. Ad id aũt qõ pmo obĩcit̃ ĩ cõtrariũ dico q̃ glo. intelligit̃ q̃ nõ sit intrinsecus sicut pars essentialis que facit vnũ cõpositũ naturale cum idolo toto. sed intrinsecus quo ad locũ bene põt esse.
Ad 2m
Ad aliud dõm q̃ ania nõ est in corpore sicut in loco: sicut in. 1. li. dis. viij. est ostensum. z ideo nõ exclu-
Ad 3m
dit aliũ spm a loco eodẽ dũmodo locus ille sit corporalis Ad hoc qõ obĩcit̃ de lra dico q̃ intus fac̃ oia
Ad 4m.
illa: sed Beda intelligit q̃ hec faciendo nõ intrat ĩ aniã nec in corpus nec in voluntatẽ substãtialit̃ Ad aliud dõm q̃ illa questio stulta est: qz oẽs spũs nulli̊ sunt q̃ntitatis: z nõ cõstringũt se plus ĩ loco paruo q̃z in loco magno. Ad aliud dõm puto q̃ hoc factũ est
Ad 5m.
vt apperet potẽtia demonũ ex pctõ sup naturã hois: z p ꝓns gratiã benigne z potẽt̃ liberãtis agnoscerẽt.

Utrũ demones substantialit̃ illabant̃ mẽtibus hominũ z sensibus ita q̃ substãtialiter ingrediant̃ substantiã viriũ anime.
Arti. VII. B

Secundo q̃rit̃ vtrũ substantialit̃ illabant̃ mẽtib̃ hoim z sensib̃ ita q̃ substantialit̃ ingrediant̃ substantiã viriũ aĩe q̃ sunt sensus/imagi
Arg. primo q̃ sic.
natio/fantasia/intellectus/voluntas/z hmõi: videt̃ aũt q̃ sic: qz dicit phus q̃ si impartibile tangat impartibile tangit ipm totũ: g̃ si impartibile iungat̃ ipi impartibili iungẽt̃ totũ toti: g̃ interius z exterius: g̃ necesse ẽ q̃
illabat̃. Itẽ Luce. 4. sup illõ: Ecce bõ hũs spiritũ
Ar 2o
immũdũ. dicit glo. Intrauerat demoniũ vñ dñs exiuerat: g̃ videt̃ q̃ cũ dñs exiuerit de substãtia anime q̃ demoniũ intrauit in subam aĩe Itẽ arguũt q̃dã
3o
a simili de corpe: qz int̃ corpa nobili̊ penetrat ignobili̊: sicut celũ dicũt penetrare oia alia corpa: z ignẽ dicunt esse in ferro sim̃l'r lucẽ cũ sit corp̃ (vt dicũt) est in eodẽ loco cũ alio z penetrat ipm: g̃ sicut est in ordine spirituũ/cũ igit̃ demones z angeli boni p naturã subtiliores sint essentie q̃z anie. videt̃ q̃ subalit̃ penetrant eas. Sed cõtra hoc est in lra z in multis locis testimonioꝝ q̃ nõ illabit̃ nisi deus tritas. Itẽ
Argu. pmo in oppositũ
2o
si illaberet̃ tunc essentia collimitaret̃ essentie: g̃ ambe termiarent̃ vno termio spũali: quoꝝ aũt vn̊ ẽ termin̊ nũero/illa sũt vnũ termiatũ: g̃ illi duo spũs essent vnus spũs numero/qõ est ĩpossibile. Solutio. fatũ est dicere q̃ illabant̃ subalit̃ mẽtib̃ vel angeli boni vel mali. Ad primũ g̃ dõm q̃ hoc est veꝝ in indiuisibili qõ habet potẽtiã ad diuisibilitatẽ: sed de indiuisibili qõ habet q̃ntitatẽ virtualẽ nõ tenet: qz illud diuidit q̃ntitate viriũ distantiũ potestatiue/q̃ in aliis esse nõ possunt Ad aliud dõm q̃ glosa illa loquit̃ ꝯ
Solutio
Ad primũ
Ad 2m
introitu p effectũ malicie z nõ p subam. Ad aliõ dicendũ q̃ illa falsissima sunt/nec vnq̃z aliq̃s phus sensit cuius dicta sunt approbata q̃ celũ cũ quolibz corpore esset in eodẽ loco z penetrans ipm. z q̃ lux esset corpus: z q̃ corporal'r ignis esset in ferro: sed sunt fictiones hominũ errantiũ in sciẽtia naturali: z absurda apud phos: z nõ sunt phi qui hoc demonstrativis rationibus probant.
Ad 3m

Quid est ĩmittere z incendere vtrũ. s. tam boni q̃z mali angeli ĩmittãt cordibus hominũ suos cõceptus z incẽdãt fomẽta vitioꝝ.
Arti. VIII. D

Tertio querit̃ quid sit ĩmittere z incẽdere: videtur eĩ q̃ ĩmittunt tã boni q̃z mali angeli cordib̃ hominũ suos cõceptus. vñ in ps. Immissiões p angelos malos z ꝯ bonis: Immittit angel̃
Arguit̃ pꝰ
dñi. ꝛc. Itẽ Job. 13. Cũ ĩmisisset diabolus in cor
2o
vt traderet. ꝛc. Itẽ Dan. 2. li. ca. 4. Violẽtiã alicui inferre nõ possunt. in nobis eĩ est suscipe ĩmissiones coꝝ. Itẽ Greg. in glosa Job. 19. Maligni spiritus q̃ in afflictoꝝ cordib̃ viã sibi faciunt q̃nq̃z interdiuersa q̃ exterius tolerant cogitatiões suas ĩmittere nõ desistũt. ex his z multis alijs patet q̃ ĩmittunt boni z mali. Cõtra hoc aũt est qõ dicit̃ in lra. z idẽ
3o
40
In oppoꝫ
in glosa Matth. 8. sup illud: Dẽ qõ in os intrat. ꝛc. eodẽ modo pbat̃ ex lra q̃ incẽdãt fomẽta vitioꝝ ministrãdo. z gratia isti̊ questio est q̃d sit ĩmittere z q̃d

Solutio pncipalis ꝛ ad totũ.

incendere. Solo sine ꝓiudicio dico ꝙ ĩmittere dicit duob⁹ modis, ſ. intus mittere vel exterius primo facere ꝛ postea inijcere. dico igit ꝙ formas q̃ int⁹ sũt nõ facte a demone: sed a sensibilib⁹ accepte / aut a deo impresse potest diabolus ꝛ bonus angelus interius adherens mittere ordinando ad cõpositiones ꝛ diuisiones diuersas in quib⁹ anima legat ꝛ moueat ꝑ cõsequẽs ad suã voluntatẽ: ꝛ ita intelligunt ĩmittere auctoritates inducte. est etiã ĩmittere exterius facere et postea inijcere. ꝛ hoc modo nõ ĩmittit: qꝛ ipse nõ pot facere nouas spẽs creando / hoc constat. si aũt faceret abstrahendo nõ essent ꝓportionabiles viriḃ aĩe: dato etiã ꝙ hoc possit. sed trã supra ĩ questiõe de naturalib⁹ angelo⁹ ostensum est ꝙ non potest hoc angelus: vt abstrahit spẽs. ꝛ hoc modo intelligit Beda. ꝑ ḃ patet solutio quesiti

Incẽdere quid sit.

Incendere aũt puto ꝙ est duob⁹ modis. vno modo ipo ordine spẽ⁹ vt exprimant cogitatiões cõcupiscentie vel ire. ꝛ alio mõ trahẽdo ad hoc calorẽ cõplexionis. ꝛ ꝓtẽdere spũs corporeos vt ex his inclinatio fiat ad consensum.

Arti. IX I

Qui ꝛ quot sunt modi ĩmissionis quibus diabolus se ĩmiscet: ꝛ q̃ sunt modi tẽtationũ.

Modi tẽptationũ dmonũ ꝟm Augustinũ

Quarto querit de modis ĩmissionis. tãgit aũt aug. quosdã modos in li. 83. q. dicẽs: Demõ dat se figuris / accomodat se coloribus / adheret factis / latet in fallacia sermonib⁹ / odoribus se subijcit / infundit se saporib⁹ / turbat animũ tenebrosis affectibus / ꝛ obtenebrat sensus: ꝛ quibusdã nebulis meatus intelligentie ꝑ quos pandere lumen rõnis radius mentis solet. hoc aũt quedã (vt patet) ex numero isto videt facere demon extra ꝛ quedã intra. Item alios modos tẽptationis ꝛ ĩmissionis tangit Greg. multipl'r: dicens ꝓmo generalẽ modũ Job. 41. ĩ glo. sup illud: De naribus eius ꝓcedit fumus cũ noꝝ inspirationib⁹. praua in humanis cordib⁹ cogitatio nascit ꝑ quã acies mẽtis obtundit. Magis aũt specialẽ modũ tangit Job. 28. sup illud: Abscondit decipulã sup semitas dicens: intuet hostis mores hominũ cũ vitio sint ꝓinquiores: ꝛ illa apponit ante faciẽ mentis ad q̃ vnũqd q̃ facilit videritinclinari. Itẽ Greg. ĩ moralib⁹. 32. li. sup illud: Ecce vehemoth quẽ tẽ. fideli famulo suo dñs cũctas hostis callidi machinationes insinuat: oẽ qd opprimendo rapit: oẽ qd insinuando circũuolat: oẽ qd minando terret: oẽ quod suadendo blandit: oẽ qd desperãdo frangit: oẽ quod ꝓmittendo decipit Itẽ. I. Pet. I. sup illud: Circuit querens quẽ deuoret. dicit glo. Circuit tanq̃ hostis obsidens muros clausos: explorat an sit pars aliqua muro⁹ minus stabilis / cuius aditu ad interiora penetret offert oculis formas illicitas vt visu destruat castitatẽ: aures ꝑ canora tẽptat vt molliat xpianũ vigorẽ: linguã cõuitio ꝓuocat: manũ in viris lacescentibus ad cedẽ instigat: bonores terrenos ꝓmittit / vt celestes adimat: ꝛ cũ latenr fallere nõ potest aptos addit terrores: in pace subdolus: etiã in ꝓsecutiõe violẽtus: q̃ cũ tot sint modi intrandi ĩmittendi querit penes quid sumant. Itẽ q̃rit sũpe in corporalib⁹ modis omnib⁹ assumptõe corporis indiget: ꝛ in spũalib⁹ depõne eorundẽ: videt em quibusdã ꝙ semp tẽptãs extrinsec⁹ indiget corpore assumpto: qꝛ ipẽ ꝓmo adã ꝑ assumptũ corpus tẽptauit: sed trã hoc nõ est necessariũ: qꝛ ꝟm hoc oporteret eũ semp venire in corpore alicuius aĩalis assumpti. Itẽ saporib⁹ se nõ ĩmiscet nisi corpus: q̃ in tali genere tẽptatiõis videt semp assũpto corpore indigere. Sed cõtra hoc est ꝙ ipe non intendit nisi deci pe spm: ꝛ facilior est spũs ad spiritũ applicatio q̃ corporis ad spm Itẽ ipe sepe temptat de spũalib⁹: q̃ tunc nõ indiget corpore Solo dõm ꝙ modi quos ponit aug. sunt generales ꝛ multiplicatur ꝟm ea in quib⁹ effectus eius ꝓt pingere ad aĩam ponit aũt septẽ / quo⁹ q̃nq̃ sunt extra / ꝛ duo int⁹: illo⁹ aũt q̃nq̃ quattuor sumunt ꝟm delectabilia sensuũ. ſ. visus / auditus / odoratus ꝛ gustus: ꝛ penes visum accipit modus primus q̃ est in duob⁹. ſ. in sensato sensus cõis qõ maxime cognoscit visu: vt qñ dat se figuris: qꝛ figurã maxime cognoscimus ꝑ visum: licꝫ sit proprũ sensatũ sensus cõis. Secundo mõ qñ accomodat se coloribus: ꝛ hic modus est penes ꝓprũ obiectũ visus. penes auditũ aũt sunt duo. ſ. penes sonũ ꝟm ordinẽ ad armoniã / vnus trã adheret sonis: ꝛ penes vocẽ articulatã ꝛ lrãtã. alius qñ facit latere mendacũ vt efficacius decipiat: ꝛ postea accipit duos penes odoratũ ꝛ gustũ q̃ ꝑse patẽt. Sed querit quare nõ ponit aliq̃s penes tactũ: ꝛ ad hoc dõm ꝙ ibi nõ ita lateret: quia tactus nõ accipit sine materia sensibile suũ sicut alij. ꝟm em ꝙ gustus nõ quidẽ tactus sed indiciũ saporis est sic habet proprũ delectabile preter tactũ. Alij duo q̃ sunt intra vnus sumit ꝟm ordinem cõcupiscẽtie cõmore in cõparatiõe ad affectũ: ꝛ alius ꝟm ordinẽ turbate fantasie ad intellectũ. Gregorius aũt in primo verbo suo nõ exprimit nisi generalit q̃liter fiunt oẽs. In scõ aũt tangit modũ q̃ est iuuante cõplexione ꝛ cõsuetudine. Tertia est auctoritas Grego. ꝟm duo inclinãtia in malũ q̃ sunt amor male ĩflãmans: ꝛ timor male humilians. amor em inordinate se habet ad bonũ: ꝛ respectu illius sunt tres modi: quo⁹ ꝓmus est experiẽdo ad qõ bono⁹ cõmutabiliũ homo facilius inclinat. ꝛ respectu illius est insinuando circũuallare. habito aũt bono ad qõ est inclinatio sequit excitatio affectus in illud: ꝛ hoc est qõ ꝓmittẽdo decipit. Tertiũ est labor ad cõsequendũ ꝛ ad ꝓmanendũ in illo qñ ꝓceptũ est: ꝛ hoc etiã suadendo blãditur. ex dulcedine em boni desiderati vel habiti ponit rões ꝑsuasiõis ꝛ blandimẽti. Si aũt est penes timorẽ / aut est ex parte corporis: ꝛ tunc sepe opprimendo rapit. qꝛ corpus opprimere potest. aut ex parte futuri mali: aut ex parte ꝓteriti. si ex parte futuri / tunc cõminando terret. si ex parte ꝓteriti / tunc ex cõsideratõne illius multotiẽs desperando frangit. Modi autẽ q̃ sunt in glosa Petri sumunt trib⁹ vijs. ſ. penes allicientia extrinsecus rationẽ: penes instrumẽta peccãdi / ꝛ penes obiecta spũalia. Primus modus est carnalis ordinatus ad spm. Secũdus est carnis ꝛ spiritus simul. Tertius spũs in cõpatiõe ad carnalia. penes primũ sunt duo modi. penes visum ꝛ auditũ: et nõ penes alios sensus: qꝛ isti sunt trm disciplinabiles vt dicit phus in li. de sensu ꝛ sensato circa ꝓmũ. ꝛ per hoc soluit obiectio q̃ posset fieri de alijs. Secũdi duo modi accipiunt penes duo generalia instrumẽta peccandi / cũ em pctm sit in verbis ꝛ factis generale instrumentũ peccandi erit lingua: de q̃ dicit Jacob⁹ ꝙ ĩcẽdit rotã natiuitatis nre inflãmatã a gehẽna. man⁹ aũt instrumentũ gñale est ad opa: de q̃ dicit phus in 3. de ania ꝙ est organũ organo⁹. ꝛ in. 16. de anĩalib⁹ ꝙ natura dedit hoĩ manũ ꝑ istrumẽto ꝛ armis. Tertij aũt duo sunt penes obiecta spũalia ꝛ ꝟm ordinem ꝓuersum in bonũ huius mũdi. ꝛ sic ꝓmittit bonores

Modi tẽptationũ dmonũ ꝟm Augustinũ

Scõm gregoriũ modi gñales.

Scõm gregoriũ modi ꝓpẽales.

Adbucer ꝓssiones modi speciales ꝟm Grego.

Questiũcla dupler Arg. primo ꝙ sic.

In opo ꝙ nõ 20

Solo ad totũ

Questiũ

20

terrenos: ⁊ fm puersum ordinē a malo pene: ⁊ tūc ap te parat p se vel suos terrores. q: p hoc cōtempt⁹ sur git in scandala vt dicit. Ad id quod vlterius queri tur vtrū in omnib⁹ his indiget/assumptōe corpis: di cendū q nō: q: materia corporaliū (vt supra in pcedē ti dis. notatū est) obedit ei ad nutū ⁊ ad mirtiōes: sed qñq assumit qñ vider sibi modū illū magis valere. ⁊ p hoc patet solutio ad totum.

Ad vltimā qitiunculā.

Arti. X. K

Cui parti anime potest ĩmittere malignus spūs ⁊ cui non: ⁊ vtrū potest supra intellectū ⁊ super affectū: ⁊ vtrum demon vel angelus bonus videat nostras cogitationes.

Arguit̃ pō

Quinto querit̃ cui parti anime potest ĩmittere hostis malignus: est em̄ in nobis vis accipi ens extra cū p̄sentia materie: ⁊ vis intra acci piens sine p̄sentia materie corporum similitudines vt imaginatio/fantasia/estimatio/⁊ memoria. est etiā quedā accipiens spēs depuratas ab oī materia ⁊ ma terie appendit̃ijs. sil'r tres sube sunt sup nos existen tes fm naturā qua vnimur corpori. s. deus/angel⁹ bonus/⁊ demon: g̃ videt̃ q fm cōgruentiā dignita tis in viriby debet etiā esse ordo ĩmittēdū in ĩpas. cū igit̃ deus opet̃ sup intellectū/angelus bonus nō ope rabit̃ nisi sup fantasiā: ⁊ demon tm̄ sup sensum Itē aug. dicit q inter mentē nostrā ⁊ deū nihil est medū: g̃ nihil supponit̃ ei nisi deus: sed oē qd̄ imprimit ĩ ali quo spēs est sup ipm: g̃ nihil imprimit intellectui no stro spēs nisi solus deus: g̃ vt prius relinquet̃ fanta sia angelo bono: ⁊ sensus angelo malo. Sed econ tra videt̃ q: serpēs p̄mo aggressus ē mulierē: ⁊ hec ē inferior pars rōnis (vt dicit aug.) g̃ videt̃ q possit su pra intellectū nostrū. multo em̄ plus p̄t sup nr̄m q̄ p̄ me mulieris q̄ corrupta p peccm̄ nō fuit. Itē videt̃ q possit sup̄ intellectū: q: lumē naturale nō amisit: g̃ ex intellectu naturali p̄t irradiare sup fantasmata et ĩ primere possibili. nō em̄ req̃rit̃ plus ad hoc q possibi lis fiat in actu nisi vt sit lux extrahēs intelligibilia et fantasmata ⁊ q̄ extrahunt̃. Itē videt̃ ex hoc qd̄ di cit in li. d causis q aia tō est istrumētū intelligētie: q: intelligibilia impmit in ipa: sed demon nō amisit na turā intelligētie: sed aliqn̄ intelligētia fuit: g̃ adhuc p̄t impmere intellectui anie. Itē videt̃ q possit super affectū: q: incensores sunt malor: vt dr̄ in lra. incēde re aūt dr̄ respectu affectus: q: calor est in affectu: g̃ de mon p̄t sup affectū. Itē Osee. 7. dr̄ q oēs fornicarij sicut clibanus succēsus a coquēte. fm glosā aūt coquēs est diabolus: ⁊ loquit̃ ibi de amore idolor q̄ nō hēt aliud sibi correspōdēs in corpe: g̃ incēdit volū tatē: vt videt̃. Itē ipe p̄t sup intellectū (vt dicūt q̄ dā) g̃ ⁊ sup volūtatē: q: in imaginatōe est vtraq; istar potētiar: ⁊ etiā intellectus ante affectū siue volūtatē

Questiūcla secunda.

Vlterius q̄rit̃ hic vtrū demon vel angelus bon⁹ videat nostras cogitationes: videt̃ aūt q sic: q: alter nesciret ad q̄ magis vel minus inflammare deberet.

Obo pa

Itē aug. sup Gen. li. 12. Mali angeli cogitationes nouerūt: q: multa p̄dicūt q̄ nō p̄dicerēt si cogitationes nō nouissent. Itē aug. Angeli ab aia p̄ñt abscōdere cogitationes: sed ania ab angelo cogitationes abscōde re nō p̄t Sed ⁊ hoc est qd̄ oēs dicūt q nō nouit cor dois nisi sol⁹ deus. Solo dōm ad p̄mū cū cōi opi nōe q solus deus ĩmediate opat̃ sup volūtatē. ange lus aūt bonus ex ordine gr̄e nō nature opat̃ sup ĩtel lectū illustrando ipm: ⁊ demon q: cecidit a gr̄a in in tellectū nostrū opari nō p̄t nisi p ꝓñs: q: s. ordinat fā tasmata alit̃ ⁊ al'r vt ex eis hoc vel illud ĩ intellectu re sultet. tñ bñ cōcedo q ex lūine naturali aliqd̄ possit ĩ fluere sup fantasmata/vñ liqd̄⁹ resultet ĩ spēb⁹ id qd̄ intēdit. sed nō puto q hoc lumē sup possibile ĩtellectū influere possit: sed ad hoc erigit̃ lumē agētis qd̄ agēs est subale: q: agēs seipo agit/sicut lux seipa lucet: ⁊ in telligere eius est sil'r ipi⁹ op⁹/⁊ nō alicui⁹ preter ipm

Ad p̄mū

Ad p̄mū g̃ dōm q nō est ordo ille: q: in boie affectus est vlterior q̄z intellectus: ⁊ fantasia nō in multo pfectior q̄z sensus ⁊ iteriores ⁊ exteriores vires aie sensibilis sunt fm gradū nature sub demone oēs: sed intellectus in q̄ est dispositio ad gr̄am ordinat̃ ad mi nisterū angeli boni q̄ tñ etiā potest in interiores affe ctus q̄ p̄riū subiectū est gr̄e q̄ est a solo deo ordinat̃ ꝗ solo deo opante in ipo.

Ad 2m

Ad aliud dōm q hoc intel ligit̃ q̄ ad voluntatē mētis in q̄ opat̃ solus de⁹: ⁊ nō q̄ ad intellectū. vel p̄t dici q hoc intelligit̃ fm cōpa rationē ad finē q̄ est bt̃rtudo: ⁊ nō simplr. sicut etiā s̄ glosarū est in. 1. dis. bui⁹ libri

Ad 3m

Ad id qd̄ ꝗ obr dōm q licet mulier significet rōnē in mr̄imonio spūali mē tis: vt dicit aug. nō tñ serpēs ipe aggressus est eam ex pte rōnis: sed ex pte sensus ordinati ad rōnē

Ad 4m ⁊ 5m

Ad aliud dōm q hoc lumē ad augmentū malicie spargit q̄n tū p̄t: sed nō sup̄ mentē: sed sup spēs ordinatas ad mē tē/cui⁹ rō iā dicta est.

Ad 6m

Ad aliud dōm q incēsio illa nō est in affectu sed in ordinatis ad ipm: vt dictū ē su pra.

Ad 7m ⁊ 8m sil'.

Ad aliud dōm q coqt p incitātia cōcupiscētiā ordinata ad mentē. p p̄dicta patet sol'o ad seqns: quia credo dictū illud falsum esse/⁊ nō cōperere oī angelo sed bono tm̄. ⁊ hoc p̄ter gr̄am nō p̄r naturā.

Ad q̄stiūcu lam scōam ⁊ ad p̄imū obiectū au gustini

Ad id qd̄ vlterius q̄rit̃ iā supra solutū est: q: nō videt̃ co gitationes nisi eas q̄ bñt signū aliqd̄ in corpe: ⁊ de il lis intelligit̃ p̄ma auctoritas aug.

Ad. 2. obm Augustini.

Ad aliud dōm q hoc cōtingit p̄r collimitantiā corpis ⁊ anie: quia statim motus mētis mouet̃ corp⁹ etiā q̄ntūcunq; sit obiectū spūale: tñ si gaudij est dilatat̃ cor ⁊ affluūt spi rit⁹: ⁊ si tristicie est cōstringitur ⁊ recurrit sanguis ad ipm frigidandū: ⁊ in illis signis videt. Nota etiā q q̄ dā dixerūt q demon est sicut speculū in q̄ apparet for me quas vult: ⁊ ita obijcit se intellectui: ⁊ tunc legit ĩ tellectus noster in eo ita q nō agit ĩ intellectū nostrū sed intellectus facit hoc in seipo. sed hoc mirū est si p bari potest q spūalis natura ita sit specularis quādo vult. ⁊ si hoc cōcedere t̃ mirū est si intellectus nr̄ oēm scientiā accipiens ex fantasmate ita scit legere in ipo. Itē fm hoc videt̃ mihi mirū q nō semp obijcit se ĩtel lectui vt sp occupet̃ circa lectionē cor q̄ obijcit. Si di cas q intellectus se auertit. Cōtra hoc est q celerior est demone qui sequit̃: ⁊ iter obijcit nisi forte claudat oculos cooperculis aliquibus: ⁊ quia tales fictiones ratione carent: ideo dimittantur.

De ordinum distinctione qui et quot sint.

Distin. IX De ꝓñtib⁹ cōfirmatio nē angelor bonor q̄n tū; ad ordi nū distictōz

Post predicta superest p cognoscere de ordinibus angelorū q̄d scriptura tradat. q̄ in plurib⁹ lo cis nouē esse ordines angelor p̄mulgat: scz angelos: archangelos: principatus: potesta tes: virtutes: dñationes: thronos: cherubin: ⁊ seraphin. ⁊ inueniunt̃ in istis ordinibus tria

terna esse. ⁊ in singulis tres ordines: vt trinitatis silitudo in eis insinuet impssa. vñ Dyo. tres ordines angelorꝝ esse tradit ternos ī singulis ponēs. Sunt eñ tres supiores: tres inferiores: tres medij. Supiores seraphin: cherubin: throni. Medij dñationes: pncipatꝰ potestates. Inferiores virtutes: archāgeli āgeli.

A Post pdicta supest cognoscere de ordinibus angelorꝝ. ⁊c.] Hic incipit magr tractare de dis. ordinū ⁊ officiorꝝ. ⁊ hēt duas ptes: in q̄rū pma agit de his q̄ ptinēt ad ordinū distinctōnē: ⁊ hec terminat in ista dis. In secūda aūt ponit ea q̄ ptinēt ad officiū misteriū: ⁊ hec incipit in seqnti dis. ibi [Hec etiā inuestigandū.] Hec dis. hēt qnq; ptes / quarꝝ prima cōtinet dis. hierarchie ⁊ ordinis. Secūda aūt rōnes nominū ibi [Hec noīa illis.] In tertia inqrit vtrꝝ isti ordines sint a natura vl'a grā ibi [Iam nunc inqrere.] In quarta inqrit vtrū oēs angeli eiusdē ordinis sint eqles ibi [P̄ cōsiderari oportz.] In qnta inqrit vtrū numerus ordinū augmentabit ex hominū assumptiōe vt fiat ordo decimus ex hominib assumptis ibi [Notandū est q decimus ordo.] Ex his ⁊ disputatione patebit sententia.

Arti. I. Quid sit hierarchia fm definitionem.

Diffinitio hierar. fm Dyonisiū. Incidūt aūt hic q̄ttuor q̄rēda. s. qd sit hierarchia: ⁊ de diuisiōe hierarchie: ⁊ de cōnexione hiera. ⁊ qd sit ordo: ⁊ ordinis multiplicatio. Ad pmū sic: In celesti her. c. 3. ponit Dyo. diffinitiōz hierarchie talē dicēs: Est qdē hierarchia fm me ordo diuinꝰ / ⁊ scia ⁊ actio deiforme quantū possibile est simulans: ⁊ ad inditas eis diuinitꝰ illūinatiōes proportional'r in dei sil'itudinē ascendēs. Ibidē aliq̄n tulū infra ponit scōam dicēs sic: Hierarchia q̄ dicē sacrā quandā vl'r decurrat dispositionē imaginē diuine speciositatis in ordinib ⁊ scīs hierarchis ppe illuminatiōis sacrificantē mysteria: ⁊ ad ꝓpriū pncipium vt licet assil'atā. Magistri aūt nñ etiā ponūt tertiā hanc. s. Hierarchia est sacrorꝝ ⁊ rōnabilū ordiata potestas in subditis debitū retinēs dñatū. Cōtra pmā sic obr: Ordo ps hierarchie est: ḡ nō debet poni ī diffinitōe eius: sed potꝰ ecōuerso Itē scia nō videt cōpetere oib q̄ sunt in hierar. cū nō cōpetat nisi cherubi: ḡ ñ debet poni. Itē cū charitas sit altius donū q̄ scia ⁊ competat pmo ordini magis erat diffiniēda hiera. aptissimo suorꝝ donorꝝ q̄ a scōo Itē actio nō cōpetit nisi ministrātib de scōa ⁊ tertia hiera. sed potissima hier. nō agit / sed assistit: ḡ male diffinit p actōnē Itē hoc nō videt verꝝ q̄ dicit deiforme q̄ntū possibile est sil'ans: qz nō oēs hierarchie ex deo imediate accipiūt illūinatōes: sed q̄dā ab angelis: ḡ sil'r angeli forme potꝰ q̄ deiforme q̄nq;. Itē hoc videt secq ex hoc qd dicit in ecl'. hierarc. q̄ oī hierarchie cōuenit vt cooperatorē fieri in hoc q̄ qdā sunt purgātes / ⁊ quidā purgati: ⁊ qdā illūinātes / ⁊ qdā illūinati: ⁊ qdā pficientes / ⁊ qdā pfecti. Itē dicit q̄ oīs lex diuina est p pma media ⁊ p media postrema reducere: ḡ videt q̄ nō oēs sil'ent deiforme q̄ntū possibile est Si dicas q̄ b intelligit q̄ntū ad b q̄ dicē q̄ diuia bōitas pcedit īegressibil'r p oia: ⁊ replet vnūqōq; fm sue capacitatē analogiā. hoc nihil est: qz fm hoc nō erit ꝓpriū hierarchie: sed potꝰ vnūqōq; entiū a pma bonitate fm q̄ ē ab illa hoc mō sil'at deiforme q̄ntū possibile est Eo

2ª Dyo.

3ª diffi. fm doctores. Arg. primo p pmā dif. hierarchie.

2º

3º

4º

5º

6º

7º

Sol'o

Instantia

8º

dē mō obiicit de vltimo q̄ dicit ad inditas eis diuinitus illūinatōes ⁊ dei sil'itudinē ascendēs. ascēsio eñ dicit gradus mutationē: ḡ videt q̄ cōtinue pficiant angeli in celo: ḡ illi q̄ fuerūt in choro vno pñt eleuari ī primū chori alterius. Si dicas q̄ hoc nō cōuenit: qz pficiēte vno inferiori pficit etiā supior, hoc nihil ē: qz adhuc nihil minus sequit q̄n inferior pōt venire ī gradū in q̄ mō est supior Obiicit etiā p scōam: q̄rit qd dicat dispō sacra vl'r. Si eñ dicat dispositio ordinationē / sicut videt velle alia translatio: tūc non dicit determinationē sufficientē p hoc q̄ dicit sacrā quandā. ⁊c. sunt eñ instituta patrū sacre q̄dā ordinatiōes vl'r: ⁊ tñ nō sunt hierª. P qd vocat imaginē diuine speciositatis. imago eñ ptinet potꝰ ad naturalia q̄ ad gratuita supaddita: sicut patet ex disputatis in. I. li. dis. iij. Itē de hoc q̄ dicit ꝓprie illūinatiōis. sunt eñ actus hierarchici purgare ⁊ pficere sicut illūinare: ḡ debuit dicere ꝓprie purgatiōis ⁊ ꝓprie pfectiōis sicut dixit ꝓprie illūinatōis. Itē sacrificare fm legē est se deo offerre vel sua: ⁊ ex hoc sacrari: ⁊ in hierarchijs videt esse ordine cōuerso: qz illūinatōes potius sunt sacre: qz ex deo sunt q̄ qz deo offerunt. Item misteriū idē est qd secretū. angeli aūt sūt ī apto facici dei: ḡ nō videt eis cōpetere mysteriū. Itē cū dicē ad ppū pnm / q̄rit q̄d supponit ꝓpriū pnm. Si dicas q̄ deū / tunc videt oīno esse incōueniēs: qz deus est in eis cōe pncipiū ⁊ nō ꝓpriū. Si aūt dicas q̄ supponit aliqd aliud / tunc cōpetere nō pōt hierarchie: qm hierarchie (vt dicit in ecl'. hie.) est q̄ntū possibile est ad deū sil'itudo ⁊ vnitas Itē q̄ dicit licet. licitū eñ (vt dicit glo. sup pmā ad Cor.) est qd nullo pcto est. phibitū: ⁊ ita potest vnusquisq; ascēdere q̄ntū pōt: nec est q̄ prohibeat ei. Obiicit etiā de tertia: qz videt diminuta: qz cū tria sunt de hierarchia. s. ordo / scientia / ⁊ actio. ista diffinitio nullā facit de scia ⁊ actiōe mentionē. Itē q̄ dicit sacrarꝝ ⁊ rōnabilū nō videt competere: qz hierarchia saluat in plātis ecclie q̄ etiā hierarchici vocant: ⁊ tñ pleriq; ex eis nō sunt sacri Itē q̄ dicit in subditis nō videt tangere hierarchiā nisi p cōpationē ad inferiores. ⁊ non est incōueniēs: qz etiā essentialiter est hierarchie cōpatio ad superius q̄ ad inferius qñ in ascensu pfectio est: in descensu purgatio ⁊ illūinatio. Itē dicit q̄ dñatū retinēs in subditis videt esse cōtra pceptū summi hierarchie xpi / q̄ dicit suis hierarchis: Reges gentiū dñant eorꝝ ⁊ q̄ ptātē.

Itē. I. Pet. 5. Nō vt dñantes ī cleris Itē bernardus ad Eugeniū: Noli q̄rere dñari ne tibi dñet oīs iniqtas. Itē cū multa sint dona aliorꝝ ordinū sicut dominationū / quare nō diffinit p dona aliorꝝ sicut peritō: Vltimo etiā querit penes quid sumant tres dicte diffinitiones. Solutio sine pcīudicio aliorū dico q̄ prima diffinitio data est penes ea que sunt essentialia hierarchie: ⁊ penes ꝓpriū eius effectū in substantijs q̄ sunt in ipa. ordo eñ ⁊ scia ⁊ actio sūt de substantia hierarchie: ⁊ ex his efficit in substātijs ordinatis similitudo ad deū: ⁊ ascensus fm inditas illuminationes. Secunda autē datur per cōpositionē exēpli ad exēplar. Et tertia cōsiderat proprīā substātiā / que ordinat in hierarchia: ⁊ in qua saluat hierarchicꝰ ordo. vñ nulla istarꝝ diffinitionū tāgit hierarchiā diuinā q̄ est ī triū psonis: quā vocāt qdā supceleste. ⁊ hoc patet ex verbis positis in diffinitione: quia similitudo ad deum ⁊ vnitas ⁊ ascensus in deum quantum possibile est non nisi absurde de deo exponitur.

Sol'o

Instantia

Obr p̄

scōam dif.

2º

3º

Sol'o

Instantia

Sol'o

Instantia

7º

Obr ⁊ tertiā dif.

2º

3º

4º

5º

6º

7º

Questio vltima.

Solutio

hoc sit ĩpossibile: g̃ nusq̃ꝫ: ergo nõ mouet sicut nec empireũ. In cõtrariũ sunt rõnes prius inducte. Solutio oẽs dicunt q̃ illud celũ mouet ꝛ q̃ est vniforme q̃dãmodo ꝛ nõ vniforme alio mõ. vniforme quo ad ꝟ qꝛ vbiqꝫ est de natura lucis: sed non vniforme est quo ad hoc. qꝛ in vna pte est nobilius q̃ꝫ in alia / ꝛ ibi in eo habũdat vis motoris: ꝛ ibi est locus vñ fit motus et oppositus est locus regiratiõis. Quid aũt sit dextra ꝛ sinistra in celo / ꝛ vtrũ situ tñ (vt dicũt astronomi) vel in natura corpis accipiant alteri⁹ est negocũ. Tñ ꝓpter quosdã efflagitãtes sciendũ breuiter q̃ si cõsideret causa motus celi ꝛ mobilitatis necesse est sibi dare dextrã ꝛ sinistrã in sua natura / ꝛ tũc oriens siue dextra nõ dicet sub qua orit sol: qꝛ sub omni gradu circuli decliuis orit sol: sed dicet pars celi nobilior / ꝛ de

Snia arabum de dextro.

hac mgri latinoꝫ multa abusiua dixerũt. Sed sententia arabũ est duplex. s. q̃ aut fm numeꝫ mobiliũ in vno circlo erũt mlti motores ꝛ tũc motor ifluit motũ ĩ loco illi⁹ mobil' vt circlo signoꝫ ĩ capite arietis ꝛ libre ꝛ mobili po ĩ loco nobilioꝛ eqdistãt ab vtroqꝫ polorũ ꝛ alijs ordib⁹ aliter ꝛ aliter plures. vel vnus motor aut stella influit diuersos motus immobilis pres ꝛ tunc dextra siue oriens erit locus stelle ꝛ fm ꝟ inuenim⁹ Rabimoysen dicere q̃ ĩ sphera stellata sũt multi motores ꝛ in alijs vnus. Si aũt cõsideremus effectũ stellarũ fm relationẽ ad nos tunc dextra celi erit duplex ꝛ eodẽ modo sinistra / ꝛ erit fm situm tñ ĩmobile. ꝛ iterꝫ dexter aspect⁹ ab oriẽte in mediũ celi ꝛ sinister a medio celi in angulũ occidẽtis ꝛ iterũ dext ab angulo occidẽtis in angulũ medie terre subtus: nõ qꝛ respectu oppositiõis illa quarta se habet ad illam q̃ est ab oriẽte in mediũ celi ꝛ respicit vtraqꝫ ab vtraqꝫ ꝛ cõicant virtutes eaꝫ / ꝛ scõs sinister aspectus ab angulo medie terre in oriens signũ eadẽ de causa ꝓ oppositionẽ cõicant ei virtutes ꝓme quarte sinistre / ꝛ ꝟ modo videt velle pbs in. ij. de celo ꝛ mũdo ꝛ cõmẽtator sup idẽ: qꝛ lka dicit sic Ex hijs q̃ oportet nos existimare est hõ hñs dextrã ꝛ sinistrã cõsil'es ĩ figura. deinde habet sup se ordẽ / ꝛ dicit cõmẽtator q̃ debet imaginari q̃ caput eius sit in polo supiori antartico nobis occulto / ꝛ pedes ĩ artico nobis manifesto ꝛ facies ei⁹ versa ad nostrum emisperiũ / tũc eñ super dextrã erit q̃rta prima ascendẽs ꝛ sup sinistrã descẽdens ad occasum. ꝛ si reuoluat semel / erit tũc sup dextrã quarta ab oriẽte ĩ angulũ terre. ꝛ sup sinistrã q̃rta vltima ab angulo terre in signũ emergẽs sup orizontẽ ꝛ in hoc sensu dextro ꝛ sinistro celi vtunt omnes astronomi in diuisione aspectus omnis.

Alij putant celũ illud esse ignee nature quibus cõsentit Aug⁹.

Quidã vero celũ qõ excedit aeris spacia ignee nature dicunt asserẽtes sup aerẽ purũ ignem esse qui dicit esse celũ: de quo igne sydera et luminaria facta esse conjectãt. Quibus Augustin⁹ consentire videt. Utrũ vero noie firmamenti celũ qõ excedit aerẽ an ipse aer hic intelligat: idem Aug. querit nec soluit. Magis tamẽ approbare videtur celum illud hic accipi qõ spacia aeris excedit. Aquas autẽ que sup illud celũ sunt dicit vaporaliter trahi ꝛ leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter trahit ꝛ per subtiles minutias suspendit ꝛ post corpulẽtius cõglobatas pluuialiter refundit. Si ergo põt aqua sicut videm⁹ ad tãtas minutias peuenire vt ferat vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorẽ: cur nõ credamus etiam sup illud leuius celũ minutioribus guttis ꝛ leuiorib⁹ emanare vaporibus: sz quoq̃ mõ ibi sint ibi esse nõ dubitam⁹.

Quare celum dicitur igneum ꝛ vtrũ a natura ignis. Arti. IIII. D

Arg. q̃ non primo.

Einde q̃rit de scõa q̃stiõe mgri ĩ lka quã tãgit ibi [Quidã vero celum qõ excedit aeris spacia ꝛ.] q̃ eñ hoc falsum sit per totã pbiam celi ꝛ mũdi. pbat: impossibile eñ est q̃ corpis vnius natura diuersus sit mot⁹ fm naturã. Constat aũt q̃ motus celi naturalis est circularis / motus aũt ignis sursum est ꝛ rectus: g̃ ignis ꝛ celũ ꝛ stelle nõ sunt vnius rõnis. Item corpus ꝓpetue manẽs fm vnũ modũ ꝛ q̃ntitatẽ nõ põt eẽ generabile ꝛ corruptibile ĩ ꝓtib⁹ stelle ꝛ ordes celoꝫ ab initio pseuerãt fm vnũ motũ g̃ nõ sunt ꝓ naturã generabilia ꝛ corruptibilia. ignis aũt ꝓ naturã est corpus generabile ꝛ corruptibile: g̃ illa corpa non sunt de igne. Si dicas q̃ deus continet ea: hoc nihil est: qꝛ vt dicit Aug. in primis opib⁹ querit in quib⁹ naturis constituerit deus pres mũdi nõ qd ꝓ potẽtiã miraculi ex eis vel in eis opet. Itẽ hoc nõ videt cõcordare dictis rabani: qꝛ ponit super Gen. diuisionẽ celoꝫ dicens q̃ septẽ sunt celi. s. empireũ aqueũ firmamentũ igneũ olimpeũ etbereũ aereũ: g̃ videt q̃ alterius nature sit aqueũ ꝛ firmamentũ q̃ꝫ igneum. Ulterius de hac ipa diuisiõe querit vtrũ

20 Sol'o 3o 4o

Questiũcla

det fm aliqd cõe omni celo. Celũ eñ (vt dicit Dam.)

est cõtinentia visibiliũ ⁊ invisibiliũ creaturaꝝ. cõstat aũt q̃ hoc nõ cõuenit omni celo: q̃ p hoc nõ põt diuidi celũ cõiter dictũ. P. phs dicit q̃ ether nõ noiat nisi corpus celeste: q̃ ethereũ nõ dicit nisi diuersam materiã a firmamẽto ⁊ empireo. Itẽ olimpũ vñ dicitur ab olimpo eiũ monte dici nõ põt penes qd igit sumitur numerus iste celoꝝ? Solutio dõm ad pmo q̃ sũ q̃ nõ dicit celũ igneũ a natura ignis: sed qꝛ est sile igni i natura lucis ⁊ lucẽtis i stellis/⁊ hoc mõ loquũtur scti: ⁊ p hoc ptz solutio coꝝ q̃ obiciunt. Ad diuisionẽ rabani dõm q̃ ipe sumit celũ cõiter fm q̃ continet ⁊ habet pspicuũ susceptiuũ luminis ⁊ nõ sumit fm q̃ ꝛtinet oia: sed fm ꝛtinere solũ: ⁊ iõ sic accipit diuisio rabani q̃ celũ aut cõtinet habẽs lumen inseparabiliter aut separabiliter. si aũt cõtinet ⁊ habet lumen inseparabiliter aut q̃ habet a se sicut causa pma lumis aut habet ab alio, si a se aut motũ aut nõ motum ⁊ penes istas cõbinatiões partũ diuidentiũ totus accipit numerus celozũ. si eiũ cõtinet inmotũ hñs a se luminosam naturã inseparabiliter tũc est empireũ celũ. si autẽ cõtinet motũ hñs lumẽ siue luminosam naturã inseparabiliter aut habet vbiq̃ licet cristallinũ nõ equalit aut in aliq̃ pte plus ⁊ i aliq̃ celũ stellatũ minus: qꝛ in aliq̃ pte fm lucẽdi actũ ⁊ in aliqua nõ. Si primo mõ est celũ cristallinũ vel aqueũ. Si scdo mõ est celũ stellatũ sub quo cõprehendunt orbes septẽ planetarum fm rabanũ. si aũt habet naturã luminosã ab alio inseparabiliter tũc hoc põt esse duob̃ modis. s. fm cõuexũ vel fm cõcauũ. si fm cõuexũ tũc fm Rabanũ dr celũ igneũ. sed si fm cõcauũ dicit olimpũ: qꝛ olimpũ dicit hic nõ ab olimpo sed ab hoc q̃ olimpus dicit appropinquare ad illud. si aũt cõtinet hñs naturã luminosi separabiliter: hoc iterũ est fm ꝛuexũ ⁊ fm cõcauũ. i. fm exteriozẽ vel interiozẽ supficiẽ. Si primo mõ est ethereũ: qꝛ aliter accipit ether a Rabano q̃ ab Aristo. scz p supiozi pte aeris que ẽ a quibusdã phis regio estus vocat: ⁊ p hoc ptz solutio obiectiõis facte in cõtrariũ. si aũt est fm cõcauũ est aereũ hic apud nos. Et si obiicitur qd supp̃. pbarũ est ⁊ q̃ ignis nõ lucet in sua sphera. Dicendũ q̃ nihilominꝰ habz naturã luminosi: qꝛ si ptes eius cõculcant in aliquo ⁊ inspissant ipe lucebũt in illo ⁊ hoc nõ facit aer ⁊ aqua: sed tñ faciũt naturã pspicui sine lumine vt patet in vitro cristallo berillo ⁊ ex hoc patet solutio omniũ obiectoꝝ.

50 60

Solutio principalis ⁊ ad tria pma obiecta

Ad q̃stiũcula de diuisione rabani ⁊ ad oba.

Nota sufficientiã bonaz p dicto rabani.

Obiectio

Solo

Que sit figura firmamenti.

Queri etiã solet cuius figure sit celũ? Sz spiritusscs̃ q̃uis autozes nostri sciuerit p eos dicere noluit: nisi qd prosit saluti. Queritur etiã si ster an moueat celũ? Si mouet inquit quõ est firmamentũ? Si stat: quõ in ea fixa sydera circũeunt? Sed firmamẽtũ dici potest non ꝓpter stationẽ sed propter firmitatẽ vel terminũ aquarũ intransgressibilẽ. Si autem stat: nihil ipedit moueri ⁊ circũire sydera.

Arti. V. E

Quare celo attribuitur figura spherica et vtrũ illa sit figura celi.

D Einde q̃rit de tertio qd dicit ibi [Queri etiã solet cuꝰ figure sit celũ] Hoc videt falsũ qd dicit mgr ⁊ Aug. ⁊ Dam. ⁊ multi alij scti qui dicũt celũ esse spherice forme. queritur etiã vlteriꝰ quare celo attribuit figura spherica. Solutio dicendũ q̃ scriptura n̄ ō enarrauit hoc in canone licet scti p̃es hoc scripserũt. Ad aliud dicendũ q̃ spherica figura est in corpe sicut circularis in supficie. circularis autẽ ⁊ spherica duas habẽt ꝓprietates: qꝛ simplicissime sũt omniũ figuraꝝ: ⁊ qꝛ capacissime ⁊ ꝓter prima dant corpi circũdanti totũ. hoc autẽ sic probat. oĩs figura in cuius omni diuisione nunq̃ resultat alia figura ⁊ nunq̃ rõ totius eiusdẽ figure sed semp rõ ptis eius figure est simplicior omni alia figura in cuꝰ aliqua diuisione resultat alia ⁊ alia figura ⁊ alia rõ totius eiusdẽ figure que diuidit. sic autẽ se habet circulus ad omnẽ figurã: q̃ circulus est simplicissima figurarũ. Probatio pme est: qꝛ si aliqua figurarũ est simplicior circulo illa est triãgulus: qꝛ oĩs alia figura ex tot triangulis cõponit quot habet angulos. Sed triãgulus põt diuidi duob̃ modis. s. linea ducta de latere in latus et tũc ꝓuenit quadrãgulus ⁊ trinngulus ⁊ linea ducta de angulo sup̃ basim vel sup̃ latus alterutrũ ⁊ tũc ꝓueniũt duo triãguli quocũq̃ aũt mõ circulꝰ diuidat vel in semicirculos vel in ꝓportiones nunq̃ ꝓuenit circulus vel alia figura sed semp pars circuli: q̃ circulus est simplicissima figurarũ: q̃ attribuẽda est primo corpori. Q̃ aũt sit capacissima sic pbat. non eiũ illud intelligit de omni angulata figura: qꝛ nunq̃ põt dari circulus tãte capacitatis q̃n posset mathematice cõscribi sibi figura angulata maiozis capacitatis si detur ecõuerso. sed intelligit de figura angulata inscripta in circulo cuꝰ oẽs anguli ad circũferentiã extendunt hoc igit notato si est possibile q̃ figura angulata sit capacitatis circuli hoc nõ põt esse nisi ꝓter multiplicationẽ angulozꝝ magis distantiũ a cẽtro q̃z latera faciãt: crescãt q̃ anguli in infinitũ: q̃ si ꝓueniũt figure poligome ad capacitatẽ circuli tũc ꝓueniẽt. Cõtra adhuc infinitis angulis existẽtib̃ semp est angulata angulus aũt est duaꝝ linearꝝ alternus cõtractꝰ: q̃ illa linea q̃ contingit aliã in angulo est chozda alicuꝰ portiõis circuli: q̃ non tñ recedit a centro q̃tum circũferẽtie portio cui subtendit: q̃ nõ ꝓuenit ad circuli capacitatẽ: q̃ circulꝰ capacissima est figuraꝝ: q̃ maxie cõpetit pmo corpori circũdanti omnia.

Ad questiũculam.

Q̃ sit figura simplicissima.

Q̃ sit figura capacissima.

Vtrũ celũ moueat ⁊ an sit idem principiũ motus celi fm phos ⁊ theologos.

Arti. V. F

D Einde q̃rit de hoc qd dicit ibi [Solet etiam q̃ri si stet an etiã moueat ⁊c.] ē. a. de hoc qd h̄ dicit disputari h̄ nõ est opus. Sed est notandũ q̃ fm Aristo. nullũ corpus mouet in loco suo cuꝰ motor nõ sit substãtia spũalis. ignis eiũ mouet ad locũ ⁊ alia elemẽta a generãtib̃ ipa per se ⁊ in locis suis quiescũt: celũ aũt mouet in loco suo: q̃ motor eius est substantia spũalis. Item obiicit Auicẽna q̃ nihil fm naturã mouet in aliquẽ situm ⁊ ex illo motu vno nũero ⁊ veritas habet p inductionẽ. stelle aũt mouẽt ad quẽcũq̃z situ ⁊ ex illo motu vno nũero q̃ nõ mouẽt motore q̃ est natura sola: sed a motore q̃ est suba spũalis. ⁊ hoc videt velle Hierony. in glo. sup̃ ꝓncipiũ ecclesiastes sup̃ illud Lustrãs vniuersa p circuitũ pgit spũs: Iꝑm solẽ iniqt spũs̃ noiauit q̃ aial sit ⁊ spiret vigeat ⁊ ãnuos orbes cursu suo explear. Itẽ obiectio Aristo. est ad h̄ qꝛ oĩs motor mouẽs corpus diuersificatũ p virtutes ordinatas ad inceptionẽ motꝰ localis in vno potius q̃z in alio est substãtia spũalis: motor autẽ celi mouet corpus dispositũ dextra ⁊ sinistra que sunt virtutes disponẽtes ad inceptionẽ mo-

Principium motus celi fm Aristo.

fm Auic.

Sententia Hierony.

Obio Aristo. ad qd sit.

Sententia phoꝝ arabū ꝓncipij motus.

tus ⁊ regirationē. ⁊ ideo oēs phi arabum dixerūt et phauerūt multipl'r q̃ celū mouet ab aia cōiūcta sibi ⁊ hoc dicit Arist. ⁊ Auicē. ⁊ Auerrois ⁊ Algazel ⁊ Alphorabi⁹ ⁊ Maurus Albumasar ⁊ Rabi moyses ⁊ q̃ habet motorē triplicē. s. cām ꝓmā q̃ est desideratū prime intelligētie ⁊ intelligētiā q̃ est plena formis explicabilib⁹ p motū sui orbis: ⁊ q̃ intelligētia simplex est: ideo nō pōt inrēdere motū ꝓticularē in b ⁊ illo situ ⁊ ideo terti⁹ motor cōiunct⁹ celo est aia fm ipos ⁊ natura celi est dispositio ad motū: q̃ natural'r circulariter ferr̄ ⁊ in cōpositiōe nō est cōtrarietas: ⁊ ideo mot⁹ ille est sine labore ⁊ pena vt dicit ⁊ nō inducit lassitudinē vt mot⁹ aie quo mouet corp⁹ nostrū. Jn b g̃ cōcordāt oēs ⁊ q̃ virtus ꝓmi motoris est in oib⁹ inferioribus ⁊ secūdi in inferioribus sibi ⁊ sic descēsio. Q̃ autē b totū sit error maledictus patet p Dam. sic dicentē in ij. li. ca. vj. Nullus autē multos celos vel luminaria existimet: inaiari eiū sunt ⁊ insensibiles: ⁊ iō veri⁹ dicendū puto q̃ nō mouent̄ nisi iussu diuino ⁊ voluntate ⁊ q̃ rōnes sup̄ dicte nō probāt nisi q̃ nō moueāt a natura q̃ sit forma corpis mouēs ⁊ hoc dicit etia alij phi sicut astronomi ⁊ Ptholome⁹ ⁊ Albategni ⁊ albumasar ⁊ Geber ⁊ alij g̃plures. Ad dictū g̃ Hierony. dōm q̃ ipe sumit b ex opiniōib⁹ phoꝝ. Aug. ar sup̄ Gen. hāc qōnē tangit ⁊ indiscussam reinq̃t. Alibi etiā disputatū est de ista materia multū ⁊ prolixe ⁊ ibi secuti sumus dicta quorundā mgr̄oꝝ theologie q̃ voluerūt opiniōes naturaliū ad theologiā reducere. dicendo q̃ angeli deseruiūt deo in motib⁹ celoꝝ ⁊ q̃ illi ab eis aie dicunt̄: sed nihil ita secure dicit sicut q̃ sola dei volūtate moueant̄ ⁊ natura ꝓria nō cōtrariante motui. De mō etiā motus quo mouent̄ disceptatio est apud sapiētes: sed hoc infra determinabitur in ornatu quarte diei.

Snia dñi Albert̄ reprobās dicta p̄cedentiū phoꝝ.

Nota cōtra phiam.

Ad dictum Hierony.

Nota in g̃ tuor coeq̃uis ⁊ in 2a sūma.

Quare tacuit scriptura de ope secūde diei qd̄ in alijs dixit.

Post hoc queri solet quare hic nō est dictum sicut in aliorū dieꝝ operibus: Vidit deus q̃ esset bonū: sacramentū aliq̃ō hic cōmendat̄. Jdeo eiū fortassis nō ē dictū qd̄ tamē sicut in alijs factū est: q̃ binarius principiū alteritatis est ⁊ signum diuisionis.

Arti. VII. B

Quare in opere istius diei non sit dictum vidit deus q̃ esset bonum.

D Eīn de querit̄ q̃nto ibi [Solet etiā q̃ri quare hic nō est dictū vidit deus q̃ esset bonū sicut in op̄ib⁹ aliorū dieꝝ ⁊ mgr̄ hui⁹ assignat cām allegoricā. In hystoriis aūt rāgit̄ causa l'ralis ⁊ vera: scz q̃ opus distinctiōis medie nature nō pficit̄ nisi distincto medio ab vtroq̃ extremoꝝ: ⁊ iō distinctio ista nō pficit̄ nisi die tertia/ ⁊ tūc bñdicit̄ q̃n aque distincte sunt/ ⁊ alia duo elemēta a ēra vt mgr̄ infra dicet̄ q̃ in distinctiōe aq̃ intelligit̄ distinctio ignis ⁊ aeris libera ab aquis tūc serenata tūc igitur pfecta distinctione accipient benedictionē sicut ⁊ alia opa.

De opere tertie diei q̃n aque congregate sunt in vnū locū.

Sequit̄: Dixit deus: Cōgregent̄ aque in locū vnū ⁊ appareat arida. Tertie diei opus est cōgregatio aquarū in vnū locū. Congregate sunt eiū oēs aque celo iferiores in vnā matricē: vt lux q̃ preterito biduo aquas clara luce lustrauerat: in puro aere clarior fulgeat et appareat terra q̃ coopta latebat: ⁊ q̃ aquis limosa erat fieret arida ⁊ germinib⁹ apta. Eodē eiū die ꝓtulit terra herbā virentē lignūq̃ faciēs fructū. Si aūt querat̄ vbi congregate sint aque q̃ totū tererāt spaciū vsq̃ ad celū. Potuit fieri vt terra subsidens cōcauas partes p̄beret vbi fluctuantes aquas reciperet. Potest etiā credi primarias aquas rariores fuisse q̃ sicut nebulas tegerēt terras. sed congregatiōe esse spissatas: ⁊ iō facile in vnū posse redigi locū. Cunq̃ multa cōstet esse maria ⁊ flumia: i vnū tm̄ locū dicit aq̃s cōgregatas ꝓpter cōtinuationē vel cōgregationē omniū aquarū q̃ in terris sunt: q̃ cūcta flumia ⁊ maria magno mari iungunt̄. Jdeoq̃ eū dixerit aquas cōgregatas in vnū locū: deinde dicit pluraliter: cōgregatiōes aquarū ꝓpter multifidos sinus caꝝ quibus omnib⁹ ex magno mari principium est.

a

b

Sequit̄ dixit de⁹ cōgregent̄ aque in vnū locū ⁊c. Hic agit̄ de vltima distin. circa quā mgr̄ tria determiat. s. q̃liter facta est distictio ⁊ vbi aque cōgregate sunt ⁊ q̃re maria plural'r dicunt̄. Circa primū aūt tria q̃ri pōt quoꝝ primū est de sufficientia operū distinctiōis. scōm de plantis vtrū ad distinctionē vel ornatū ꝓtineant: tertiū de plantis nociuis ex humore ⁊ figura/ vt sunt spine ⁊ venenose vtrum tunc facte sūt vel nō.

Que est sufficiētia operū distinctiōis ⁊ penes quid sumitur.

Arti. VIII. D

C Jrca primū ignis ⁊ aer elemēta sūt: g̃ indigēt distinctiōe sicut aqua ⁊ terra: g̃ nō sufficiēter determinat̄ opus distinctiōis in trib⁹ dieb⁹.

Arg. ꝓmo.

Jrē sicut firmamentū ⁊ celum aqueū celi sunt ita ⁊ sphera saturni ⁊ iouis ⁊ martis solis ⁊ veneris mercurij ⁊ lune: g̃ distinctiōe indigēt sicut ⁊ firmamentū ⁊ aqueū ergo insufficiēter ponitur opus distinctiōis

2o

Solutio opus distinctiōis vt pus dictū est nō est nisi determiatio generaliū ꝓncipioꝝ mūdi ad formā ⁊ ad locū ex quib⁹ sunt mouētia vel mota vel vtraq̃ in hijs q̃ generant̄ ⁊ corrūpunt̄. hoc aūt pōt esse aut q̃ sint mouētia ad generationē ⁊ ad misabilia ingredientia in cōstitutionē generati p subam. Si ꝓmo mōtūc est celi natura vl'r in oib⁹ spheris ⁊ stellis ⁊ hec distinguit̄ dupl'r ab extremo ⁊ a medio vt sup̄ patuit. Si aūt mouēs ad generationē ⁊ cōmixtionē ingrediens in subam generatoꝝ hoc est dupl'r: q̃ aut actiuū spūal'r humidū ⁊ siccū sicut cū actiuo simpl'r q̃ est calidū ē spūale siccū in igne ⁊ spūale humidū in aere aut actiuū fm q̃d q̃ est frigidū q̃ dicit̄ fm q̃d actiuū ⁊ si stit motū actiōe sua ⁊ inducit imobilitatē ⁊ cū illo est humidū incorruptibile in aqua ⁊ siccū incorruptibile in terra: ⁊ iō dicit phus q̃ oīm generatoꝝ materia magis est er aq̃ ⁊ terra. Dicēdū g̃ ad ꝓmū q̃ ignis ⁊ aer intelligunt̄ distincta q̃n libera ab alijs sunt serenata. Ad aliud dicendū q̃ sphere spūales planeta-

Solo

Ad primū

Ad 2m

rũ ⁊ stelle sunt de ornatu: qz ordinant per se ad diuersitatẽ figurarũ fm spẹs generatorũ quo ad mixtionẽ cõplexionis que omnib̃ est cõmunis.

Arti. IX. J Utrum plante pertinent ad ornatum vel distinctionem.

Arg. primo Secũdo q̃rit de plantis de q̃b̃ hic agit vtrũ pertineãt ad ornatũ ⁊ videt q̃ sic. nõ eñ videt cã q̃ tangit cõiter q̃ iõ pertineant ad dispositionẽ: qz radicãt terre adherẽt: qz fm b̃ cũ stelle nõ moueãt nisi motu orbis sui etiam stelle: qz adherẽt orbib̃ vt ptes toti nõ pertinẽt ad ornatũ q̃ falsum est. Itẽ stelle inaãte sũt vt dicũt scti: plãte aũt admiñ hũt partẽ ptis aiei: q̃ pertinẽt multo magis ad ornatũ q̃ stelle vt videt. Solo dõm fm Aug. q̃ plãte b̃ pducunt nõ in virtute semẽtiua: ⁊ iõ ipse in tertio sup Geñ. exponit pducat terra herbã ⁊c. i. virtutẽ pducẽdi accipiat: ⁊ b̃ in uit in. ij. ca. vbi dicit q̃ fecit vir gultũ agri anteqũ oriret in terra. Rõ hui̇ fm Aug. pot esse: qz ad pductionẽ plãtarũ sufficit motus stellarũ cũ virtute semẽtiua/ ⁊ sufficit eis generãs equoce. pter similitudinẽ materie suorũ corporũ in pribus suis: ⁊ iõ nõ pertinẽt ad ornatum qm̃ ornat̃ pric est forma q̃ dat mũdo in principio sui ad generationẽ vniuocã q̃ alias fieri nõ posset. nõ eñ bõ ⁊ equus virtute stellarũ p quãcũq̃ mixtionẽ generari posset nisi esset semẽ decisum ab aliq̃ eiusdẽ spẽi licet q̃dã phi ꝯriũ eius dixerint/ tñ hoc dicũt meliores q̃ nõ possent fieri aãlia cõpleta magnã habẽtia diuersitatẽ in organis vt bõ equus ⁊ asinus ⁊ hmõi nisi ex aliq̃ sue spẽi: ⁊ iõ plãte ad ornatũ mũdi nõ pertinẽt/ ⁊ hec rõ tenet etiã si dicãt fm alios sctõs rtio die pductas esse plãtas. Ad id aũt q̃ ꝯ obiãt dõm q̃ planete ⁊ stelle verũ est q̃ nõ mouent nisi motu alicuius orbis sed hoc nõ est pbatũ vtrũ stent in eadẽ parte orbis sp̃. Huic eñ sentẽtie multi contradicũt: sed de hoc nõ est ad pẽsens intẽtio: sed quicq̃d sit ipi sũt mouẽtes ad speciales formas ⁊ figuras in quib̃ ordinãt mũdus: et ideo pertinent ad ornatũ. Ad aliud dicendũ q̃ fm Greg. potius est viror q̃ aãa id quo viuũt plante: ⁊ iõ dicit phs q̃ habẽt partẽ partis aiei: qz licet habeant opera vegetabilis potius habẽt ea p modũ nature q̃ anie: ⁊ ideo dixit q̃dã phs q̃ plantarũ generatio fuit mũdo impfecto: aãlia aũt mũdo iam pfecto.

Ad primũ.

Ad 2m

Arti. X. K Utrũ plãte nociue tũc facte sũt sicut alie.

Ar. ꝯ q̃ nõ Tertio querit de plantis nociuis vtrũ tunc facte sunt ⁊ videt q̃ nõ. qz nõ ꝓparãt pena ante pctm̃: nociuitas autẽ plantarũ est ad penam: ergo nõ sunt facte nociue ante pctm̃. Item oia obediebãt a de in ꝓmo statu ad nutũ: ergo tunc nihil fuit sibi nociuũ. Sed cõtra humor venenosus naturalis est plantis q̃busdã ⁊ figura acutorũ angulorũ naturalis: cũ ergo vnũ q̃q̃ factũ sit tunc in sua natura videtur q̃ venenosus humor acuti anguli spinarũ tũc factus est: ergo nociua tũc facta sunt. Solutio cõmunis opinio est q̃ tũc facti sunt: sed nocere nõ potuerũt nisi p peccatũ: dicit eñ Isido. q̃ si adã nõ peccasset nec ignis vreret nec spina pungeret nec gladius scinderet nec aliq̃d aliud nocumentũ ei inferre posset ⁊ p hoc patet solutio ad totum.

Arg. in oppositũ q̃ sic

Solutio

Arti. XI. L Utrũ cõgregate sunt aque in locũ vnũ.

Obiectio Deinde querit de scõo q̃ mgr̃ tangit ibi [Si aũt querit vbi cõgregate sunt ⁊c.] s. a. Hoc eñ q̃ mgr̃ dicit non videt esse inconueniẽs: qz determinatũ est q̃ ꝯnto elementũ est rarioris substãtie tanto occupat maiorẽ locum: cũ igitur aqua sit rarioris substãtie q̃ terra: q̃ videt q̃ nõ potuerit esse q̃ terra subsidẽs recepit eã. Solutio dicẽdũ q̃ aqua dupl̃r considerãt scz fm naturã humidi interminati grossi/ ⁊ sic per circulũ nõ vndiq̃ terminãt ad terram per hoc eñ q̃ grossum elementũ est nõ cõplet sphericã figurã sed circularẽ: qz nõ occupat tm̃ locũ sicut aer ⁊ ignis: ⁊ ideo etiã terra adhuc habz minorẽ locũ: qz in medio circa centrũ locãt. inquãtũ aũt humidũ interminabile ꝓrio termio fluit ad terrã p circulũ ab aquilone in meridiẽ: qz in aquilone plus est frigus q̃ etiã in meridie in parte inhabitabili terre versus polũ/ ⁊ b̃ cõtingit ꝓter breuitatẽ dyametri solis in signis meridionalib̃ cũ igit̃ frigus inducat humidũ aqueũ prz q̃ plus habũdat aqua versus aquilonẽ q̃ versus meridiẽ ⁊ hec est causa: qz dicit phs in metheororũ q̃ mare fluit ab aquilone in meridiẽ in q̃trũ aũt habet humidũ cõmiscibile in corporabile influit p os ẽre ⁊ cõmiscet terrã ad generationẽ elemẽtorũ. Ad id igit̃ q̃ obiãtur dõm q̃ mgr̃ vocat subsessionẽ terre qn̄ dilatata ꝓmo p vapores ⁊ ĩmixtionẽ humidi exiccata cõtracta est ad centrũ: qz tũc liberũ dimisit circulũ oceano q̃ dicit̃ amphitrites eo q̃ circulariter circũfluit terram vt dictum est.

Ad obiectõ

Querit penes quid sumit diuisio terre in asiam: affricam ⁊ europam. Arti. XII. M

Deinde querit de tertio q̃ tangit ibi [Cum q̃ multa constet esse maria ⁊c.] s. b. Locus eñ ille vt habet in principio Eccles. mare oceanũ est vñ dicit ibi Omnia flumĩa intrant in mare/ ⁊ mare nõ redũdat: ad locũ vñ exeũt flumĩa reuertũt ⁊c. fm hoc querit rõ diuisiõis terre in asiã/ affricã ⁊ europã. Illa eñ diuisio nõ est ex fluminib̃: sed ex maribus vt videt: q̃ videt q̃ maria nõ cõtinent. Ad hoc dicendũ q̃ diuisio terre duplex est fm circulos magnos celi a quibus superficies intelliguntur extendi a semicirculo in semicirculum: ⁊ sic diuidit Boecũ in consolatione phie in quattuor quartas quarum vna semicirculũ facit supficies orizontis mũdi ⁊ alterũ secantẽ illum in superficie cẽtri terre facit equinoctialis. Sed nrã q̃rta habitabilis diuidit̃ in asiam/ affricã ⁊ europam ⁊ rõnẽ diuisiõis ⁊ solutionẽ obiectõis ponit Aug. i. li. de ciui. dei. xvj. sic dicẽs. Ista q̃ asia nũcupãt a meridie per orientẽ ad septentrionẽ pueniũt. Europa vero a septẽtrione vsq̃ ad occidentẽ/ atq̃ affrica ab occidente vsq̃ ad meridiẽ. vñ videnẽt orbem dimidiũ due tenere europa ⁊ affrica: aliũ vero dimidiũ sola asia. Et ideo due ptes ille facte sunt: quia inter vtrãq̃ ab occeano ingredit̃ q̃q̃d aquarũ terras influit/ ⁊ hoc mare magnũ nobis facit q̃ propter si ĩ duas ptes orbẽ diuidis orientis ⁊ occidẽtis asia erit in vna ⁊ altera europa. ex hijs patet solutio ad quesita. Si aũt obiãt q̃ mare nõ videt eẽ ꝓrius locus aq̃rũ: qz ꝓrius locus aq̃ ẽ locus elemẽti. elementũ aũt aq̃ est simplex ⁊ insipidũ: mare aũt salsum est ⁊ cõpositũ: q̃ nõ est ꝓrius locus aquarũ.

Solo. ad rocũ.

Obiectio

Solo

Dicẽdũ q̃ mare mixtũ ẽ terrestri cõbusto per accns vbi attigit terrã sed in recessu a terra est insipidũ: ⁊ b̃ accipit̃ a dicto phi ĩ. j. de aãlib̃ vbi dicẽ sic Quoddã aãl marinũ maris est aãli sanguis cũ tñ careat sanguie ⁊ hoc est raro sicut q̃dã pisces dicti malathie. nã hoc genus augmẽtãt in locis calidis ⁊ magis est in pelago q̃ ꝓ ripas/ ⁊ p̃cipue in locis in q̃b̃ multiplicãt aque insipide ex b̃ patet q̃ aqua insipida est in pelago

longe a ripis vel littoribus: nam littora pontus habet sed cetera flumina ripas.

De opere quarte diei quãdo facta sunt luminaria.

Dist. XV. Qtriduo pcedẽti fera est dispositõ. ⁊ distinctio qrtuor elemẽtorꝝ ⁊ triduo sequẽti ornatus est mundus.

Sequitur. Dixit deus. Fiant lũinaria in firmamẽto celi: ⁊ diuidãt diẽ ac noctẽ. In pcedẽti triduo disposita est vniuersitatis huiꝰ mundi machina ⁊ ptibus suis distributa. Formata eñ luce prima die q̃ vniuersa illustraret: duo sequẽtes dies attributi sunt supme ⁊ infime parti mũdi firmamẽto. s. aeri terre ⁊ aq̃. Mãsc̃da die firmamẽtũ desup expãsum est. Tertia ꝛo aq̃ꝝ molibꝰ intra receptacula sua collectis ⁊ra ẽ reuelata atq̃ aer serenatꝰ. Quartuor ergo mũdi elemẽta illis diebus suis locis distincta sunt ⁊ ordinata. Tribꝰ aũt seq̃ntibus diebꝰ ornata sunt illa q̃ttuor elementa Quarta eñ die ornatũ est firmamẽtũ sole et luna stellis. Quĩta aer in volatilibus ⁊ aq̃ in piscibus ornamẽta acceperũt. Sexta accepit ⁊ra iumẽta ⁊ reptilia ⁊ bestias: post q̃ oia factus est hõ de terra ⁊ in terra: non tũ ad terrã nec ꝓpter terrã sed ad celũ ⁊ ꝓpter celum.

Ante alia de ornatu celi agitur sicut prius factum est.

Quia ergo celũ ceteris elemẽtis spẽm ꝑstat: priusq̃ alia factũ est: ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sydera: que ideo facta sunt vt ꝗ ea illustreť inferior pars ne esset habitãtibus tenebrosa. Infirmitatiq̃ hominũ ꝓuisum est vt circũeunte sole potirenť homines diei noctisq̃ vicissitudine ꝓpter dormiẽdi vigilãdiq̃ necessitatẽ: ⁊ ideo etiam ne nox ĩdecora remaneret: sed luna ac sydericꝰ cõsolarenť hoĩes q̃bus in nocte operãdi necessitas incũberet: ⁊ quia quedã aĩalia sunt que lucẽ ferre nõ possunt. Qs aũt subdiť. Et sint in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos quõ accipiendũ sit queri solet. Ita eñ dictum videtur quasi quarto die cepissent tempora: cum prius triduũ sine tẽpore nõ fuerit. Ideoq̃ tẽpora que fiunt per sydera nõ spacia morarũ ꝗ vicissitudinẽ aeree q̃litatis debemꝰ accipe: quia talia motibus syderũ fiunt: sicut dies ⁊ anni quos vsitate nouimus. Sũt eñ in signa serenitatis ⁊ tẽpestatis: ⁊ in tempora: quia ꝗ ea distinguimꝰ quattuor tẽpora anni. s. ver: estatem: autumnũ: hyemem. Vel sunt in signa ⁊ tẽpora: id est in distinctionẽ horarum: quia priusq̃ fierent ordo tẽporũ nullis notabatur inditijs vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec quarta die facta sunt.

Sequiť. dixit deus: fiant lumiaria magna ⁊c. In hac distinctiõe duo dicunť scz ortꝰ triũ dierũ ⁊ in fine explicãtur opiniões sanctorꝝ: vtrũ oia sil' facta sint vel non ibi [In hac ꝛo reꝝ] In ꝓma sũt tres ꝓtes ꝓm triplicẽ ornatũ trium dierũ: ⁊ pater in lra diuisio. A

Vtrũ stelle ptinent ad ornatum. Arti. I

Incidit aũt dubiũ circa ornatum quarte diei de hoc q̃d dicit in quarto die fuĩt sidera. Et q̃runť q̃nq̃ circa stellas quoꝝ primũ est vtrũ ꝓtineãt ad ornatũ. scõm quare sol ⁊ luna dicunť magna luminaria. tertiũ q̃d dicať hic firmamentũ. q̃rtũ qualiter sint in ꝓpa ⁊ signa. q̃ntũ vtrũ habeãt aliquã causalitatẽ sup liberũ arbitriũ. Ad ꝓmũ obijcitur sic cuiuslcũq̃ corꝑis totũ non ꝓtinet ad ornatũ nec ꝓsei ornatui deputať. circuli aũt sꝑeraꝝ ꝓm se nõ pertinẽt ad ornatũ: q̃ nec ꝓtes. ꝓma ꝓtz ex ꝓhabitis in q̃bus totũ ⁊ ꝓtes vna dispõne cuiuslibet corꝑis disponunť. scõa patet ꝑ b̃ q̃ stella dicať ab oĩbꝰ ꝑhis pars orbis. Si di. q̃ q̃dã ꝓtinẽt ad ornatũ ꝓm q̃ ornatꝰ dicit pulchritudinẽ. q̃dã aũt ad spẽi determinationẽ: ⁊ qꝛ stelle sunt luminose ⁊ lũinaria mũdi: iõ ꝓtinẽt ad ornatũ vt videť dicere mgr: qꝛ in lũine earũ ꝓlia videtur. Illud est valde dubiũ q̃d supponiť qꝛ plurimi ꝑhoꝝ dicũt q̃ nulla stellarũ habet lumẽ nisi a sole/ ⁊ vt aliquos noĩemus hoc dicit Aristo. in ꝓncipio. ij. de causis ꝓprietatũ elementoꝝ. Et Auicẽ. dicit q̃ oẽs habẽt colorẽ sed nõ lucẽ nisi a sole. ⁊ Mesebala in li. de motu orbis. ⁊ ponit ad hoc plures figuras: q̃ nihil ẽ hoc dictu. Si di. q̃ illi mentiunť: qꝛ scriptura dicit luminaria. Contra etiã lunã dicit lumiare ⁊ rẽ bene videmus in eclipsi solis q̃ ipa de se nigra est ⁊ nõ luminosa: q̃ dubiũ est q̃d supponiť ꝓ certo/ ⁊ a ꝑhis melioribus dicať contrariũ. Solutio dicendũ q̃ntũ ꝓtinet ad hunc passum: qꝛ stelle ideo ꝓtinẽt ad ornatũ vt supra dixim⁹: qꝛ formatio eaꝝ est vt moueãt ad species determinatas: qualr aũt moueanť in suis orbibꝰ alterius est negocij: qm̃ hoc absq̃ demõstratiõe non põt ꝑbari. Ut̃ bene cõcedo q̃ causa nulla est q̃ poniť pro causa: sed hoc veꝝ est q̃ siue sub luce ꝓpria siue sub aliena faciũt ad apparentiã venustatis inferioꝝ. Solo

Queriť quare sol ⁊ luna dicunť magna luminaria ⁊ an luna facta sit plena lumine siue in incensione. Arti. II B

Secundo queriť q̃re sol ⁊ luna dicunť magna luminaria. q̃ eñ sol dicať magnꝰ hoc nõ habet q̃stionẽ: qꝛ sol magnus est q̃ntitate ⁊ lũine: sed luna parua est q̃ntitate licet sit ꝓpe: ⁊ iõ videať maior q̃busdã aliꝭ stellis ⁊ parua est lũine: q̃ videť q̃ male dicať magna. Iteꝝ queriť de luna vrꝝ facta sit plena vel ꝓma. s. incẽsione. si aũt ꝓma tunc est imperfecta: q̃ fecit deus aliq̃ ꝑfectũ. si plena tunc videť fallere alia translatio q̃ dicit q̃ fecit lunã in inchoatione noctis: nõ eñ in inchoatiõe noctis primo apparet cũ sit noua. Solutio de q̃ntitatibꝰ lũinariũ diuersa scribunť a ꝑhis: sed in hoc ꝛcordãt q̃ sol multo maior est terra q̃d ꝓbať ꝑ vmbrã terre que tendit in acutum vel conũ q̃d nõ esset si equalis vel maior sole esset terra. q̃ aũt tendit in conũ vmbra terre pater ex b̃: qꝛ aliter eclipsaret omni nocte multas stellarũ fixarum qꝛ si equalis esset soli vel maior nunq̃ finireť vmbra sed in ĩfinitũ vel vsq̃ ad stellas fixas vmbra ꝓijcereť. Questiũcla secunda. Solutio ad primũ.

Luna aūt magna dicit in effectu licet non sit magna ḡntitate; ⁊ ideo a pbo dicit scōs sol. habet aūt ꝓcipue mouere terrena ⁊ ꝓcipue humana eo q̄ est vicinior.

Ad aliud dicendū q̄ vtraq̄ quidā dixerūt. si aūt dicit noua facta tūc nō sequit id q̄ obiicit: q̄ perfectio sua naturalis est vt accipiat incrementa luminis fm distantiā a sole. vñ imperfecta nō dicit q̄ñ habet id q̄ substantiā debet habere.

Ad questiū culam.

Arti. III. £ Querit quid hic dicit firmamentū.

Tertio querit q̄d dicat hic firmamentū. si eim firmamētū dicit celū stellarū fixarū hoc nō competit: q̄ sol ⁊ luna ⁊ alie quedā stelle q̄nq̄ scz planete nō sunt posite in celo stellarū fixarū. Ad b dicendū q̄ si Ptholomeū ⁊ Nicolaū in cōmēto super Almagesti ⁊ Mesebala vellemus sequi/nos ꝓter celum empireū q̄ pbi nō cognouerūt ponerem⁹ decē celos: quoꝝ ꝓmū est q̄ reuoluit sup polos eq̄noctiales/ ⁊ oēm stellā reuoluit motu diurno. Scōm autē est celū nō stellarū q̄ reuoluit sup polos ozbis declinis. i. oblic ⁊ oēm stellā reuoluit ab occidēte in orientē fm ḡntitatē sui circuli: quia equali velocitate mouetur fm dictos pbos/ ⁊ etiam fm Thebith luna saturnus ⁊ stella fixa. sed q̄ luna. 28. dieb⁹ pagit circulū: saturnus in trigintā fere annis: ⁊ stella fixa in. 36. milib⁹ annis hoc cōtingit q̄ in tali ꝓportione ḡntitatis quāitas circuli vnius supat circulū alteri⁹ cū tū spacia sint eq̄lia q̄ pambulāt omni die naturali equali. Tertius ozbis est stellarū fixaꝝ in vna supficie existentiū nō fixarū ideo: q̄ nō moueat: sed iō fixarū: q̄ imagines ⁊ distātias situs ad invicē nō mutāt. vt pbat in almagesti. Quartus est ozbis saturni. Quintus est ozbis iouis. Sextus martis. Septimus solis fm dictos pbos. Octauus veneris. Nonus mercurij. Decimus lune. Geber autē in cōmento quodā almagesti singularē tenet viam in mercurio ⁊ venere q̄ ponit eos sup solem: ⁊ tunc quo ad illos duos fm illū mutat ozdo sed nō nūerus: ⁊ ideo dicendū q̄ fm sacrā scripturā tota natura q̄nti corpis firmamentū dicit: apud phos aūt dicit firmamentū octaua spera sursum ascēdendo. vtrū aūt totū sit cōtinuū corp⁹ ⁊ vnū vel diuersa/ ⁊ de longiori longitudine ⁊ ꝓpiori longū erigit sermonē ⁊ multas demonstratiōes ⁊ b ptinet alij negotio.

Solo. ad b totū.

Arti. IIII. D Qualiter sol ⁊ luna sunt in signa ⁊ tēpora.

Quarto querit q̄liter sint in signa: aut eim in signū q̄ est causa aut nō: si sic: ḡ cum motus sit necessarius videtur signū illud esse necessario causa rerꝝ q̄ nō dicit ab aliquo catholicoꝝ. Si autē est signū nō causa: ḡ id q̄ signat reducet ad aliud q̄ est causa illius signati. non aūt pōt hoc esse nisi immortale ⁊ ꝓpetuū ⁊ primū corpus: ḡ aliq̄ tale corpus est ante celum q̄ falsum est: ḡ videt q̄ sit signū ⁊ causa.

Arg. pmo.

20 Itē etiā Aug. videt dicere q̄ sint cause. dicit eim sic in li. v. de ci. dei. Non vsq̄quaq̄ absurde dici pōt ad solas corpoꝝ differētias afflatus quosdā valere sydereos sicut in solariib⁹ accessib⁹ ⁊ decessib⁹ videmus etiā ipius anni tēpora variari/ ⁊ lunarib⁹ incrementis atq̄ decrementis augeri ⁊ minui quedā genera rerū sicut echinos cōchas ⁊ mirabiles estus oceani. Itē inter causas inq̄ete generatiōis ⁊ corruptionis in. ij. de generatiōe ⁊ corruptiōe ponit allatio continua solis in obliquo circulo: ḡ videtur q̄ sint signa et cause.

30

40 Itē corpis vno mō se habētis in motu ⁊ esse est regere corp⁹ diuersimode se hās ī motu ⁊ esse: celū aūt ⁊ stelle vno mō se hāt in motu ⁊ esse ⁊ nō sunt elemēta ⁊ elemētata: ḡ videt q̄ regunt ista inferiora ab illis.

50

Itē phs in li. de vialib⁹ dicit q̄ oīm ꝓgnatio et pt⁹ fiūt fm allatiōes stellaꝝ: ḡ videt q̄ regāt ⁊ signēt vt cause. Itē in lra hic habem⁹ q̄ sunt signa imbriū ⁊ serenitatū: ⁊ idē dicit Dam. sed eleuatiōe vaporū fiunt imbres: ḡ etiā sūt cause eleuatōis vaporis. sed eleuatio inferioris est cā cōmixtiōis elemētoꝝ: ḡ etiā cāe sūt cōmixtionū: ḡ ⁊ generatiōis eoꝝ p ꝓñs. Solo puto q̄ b ꝓcedendū sit q̄ sunt signa ⁊ cause mouētes inferioꝝ corruptibiliū. Ad b aūt q̄ obiicit q̄ sunt cause necessarie dōm q̄ nihil valet: q̄ licet stelle moueant vno mō nō tū respiciūt inferiora vno mō: sz etiā inferiora nō mouēt vno mō: ⁊ iō effect⁹ stellaꝝ p dispositiōes ꝓprias pōt ꝓpediri/ ⁊ b est q̄ dicit Ptholome⁹ in centū vbis q̄ sapiēs hō dñat astris. i. disponēdo corpa ꝓprijs dispositiōib⁹ ad q̄s mouent stelle ⁊ p b pater solutio ad totum.

60

Solutio

Ad id q̄ obiicit q̄ cessarie

Utrū stelle habeāt dominiū super liberū arbitrium.

Arti. V. £

Quinto q̄rit vtrū habeāt virtutē sup libeꝝ arbitriū hoīs videt q̄ nō: q̄ dicit Dam. q̄ nō rū actuū nullo mō sunt cāe. Itē Aug. in. v. de ci. dei multiplr in ꝓriū but⁹ laborat dicēs q̄ aī volūtates positionib⁹ sydeꝝ nō subdunt. Sed cōtra volūtas multū dependet a cōplexionib⁹ corpoꝝ: ḡ si hāt ptātē sup cōplexiones corpoꝝ etiā videt hāe ptātē sup ꝓtelligentiā aīe ⁊ li. ar. Itē videm⁹ astronomos rūdere de hīs q̄ subsūt libero arbitrio vt de pace ⁊ de bello. de depopulatōe terraꝝ ⁊ ꝓstructiōe ⁊ hmōi ⁊ b fm ꝓsideratiōes stellaꝝ. Cū igit frequēter veꝝ ꝓnūciet videt q̄ illoꝝ sūt cause. Itē Aristo. in li. de causis ꝓprietatū elemētoꝝ dicit q̄ regna vacua sunt ⁊ terre depopulate apud cōiunctionē duaꝝ stellarū. s. iouis ⁊ saturni: ḡ videt q̄ causalitatē habeant sup li. arb. Solo dōm q̄ nullā hāt causalitatē sup li. ar. fm dicta sctōꝝ ⁊ etiā pbi nō dicūt q̄ habeāt causalitatē sup li. ar. nisi sicut ꝓbatū est pmo. s. p ꝓñs inquātū li. arbi. trahit a cōplexiōe ad inclinationē q̄rūdā ad actuū. Ad oīa alia dicit Aug. q̄ tales reuelatiōes poti⁹ fiūt p demones q̄ p motū supiorū: possumus tū dicere q̄ nihil ꝓhibet debilitatē ꝓcessus tori⁹ vite fm fortitudinē signari ⁊ iuuari ⁊ ꝓpediri astris: sz nō libe. ar. ita tū q̄ in corpalib⁹ actib⁹ tūm intelligat ⁊ q̄ cālitas a corpe ꝓcipiat ⁊ ī aīa nō fit nisi p ꝓclinationē

Solutio

Ad ea q̄ in oppositū

De ope quinte diei quādo creauit de⁹ exaq̄s volatilia et natatilia

Dixit etiā de⁹ ꝓducāt aque reptile aīe viuētis ⁊ volatile sup terrā ⁊c. Opus q̄nte diei ē formatio pisciū ⁊ auiū: q̄b⁹ duo elemēta ornant: ⁊ de eadē materia. i. de aquis pisces ⁊ aues creauit: volatilia leuans in aera ⁊ natatilia remittens gurgiti.

Arti. VI. £

Quare aeris ⁊ aq̄ ornat⁹ fit vno die ⁊ q̄re ōr reptile ⁊ quare ignis nō ptinet ad ornatū.

Questiūcula prima.

Einde q̄rit de b q̄d dicit ibi [Dixit de⁹ ꝓducāt aq̄ reptile] Et q̄runt b duo. s. q̄re aeris ⁊ aque ornat⁹ fit vno die ⁊ q̄re dī reptile. Ad primū sic duo elemēta diuisa hāe dicunt distictos dies ī ornatu aer ⁊ aq̄ sūt elemēta diuisa: ḡ duob⁹ dieb⁹ debēt ornari. Itē aues ⁊ pisces q̄escūt in terra: ḡ vi

Questiūcula secunda.

Argunt p̄o.

Questiũcula tertia. dek q̃ ptineãt ad ornatũ terre. Itẽ q̃re ignis nõ habet ornatũ specialẽ? Solo. Solo dõm q̃ aqua ꝛ aer cõuenit in q̃litate passiua que est humor ꝛ sil̃r in ꝓprietate pspicui, ꝛ aues ꝛ pisces etiã vicina sunt in materia. Ad q̃stiũcula pmã ꝛ ad primũ. sunt eñ aues vt dicũt ex hũido vapozabili qd̃ appropinq̃t nature aeris: pisces autẽ ex aq̃s pinguescẽtibꝫ subtus ꝛ constãtibꝫ p coagulationẽ: ꝛ iõ vnꝰ diei habent ornatũ. Ad aliud dõm q̃ locus ĩmobilitatis nunq̃ assignat̃ p ornatu/sed potꝰ locꝰ motꝰ ꝛ locus motus aũt pisciũ ꝛ auiũ sunt aer ꝛ aqua. Ad id qd̃ scdo q̃rit̃ de reptilibꝫ dicit̃ q̃ reptile dicit̃ mlt̃is modis vt colligit̃ ex li. de aĩalib. ſ. qꝛ vi pinnaꝝ se rapit vt pisces: vel qꝛ vi oris vt q̃dã vermes: vel qꝛ vi costarũ vt q̃dã serpẽtes: vel qꝛ vi annuloꝝ q̃s cõtrahit et extẽdit vt hũana corpa anulosa: sed primo modo sumitur hic reptile. Ad aliud dicendũ q̃ ignis habet cõsumptiuã qualitatẽ: ꝛ ideo nihil animatũ viuit in illo: falsum est eñ qd̃ dicũt q̃dã de salomãdra.

Ad q̃stiũcula secũdã.

Ad q̃stiũcula tertiã.

De ope sexte diei q̃n̄ creata sunt animalia et reptilia terre.

Sequit̃. Dixit deus: Producat terra animã viuentẽ: iumẽta ꝛ reptilia et bestias terre: ꝓm spẽs suas ꝛc̃. Sexte diei opus describit̃ cum terra suis animalibus ornari dicit̃.

Vtrum post peccatũ venenosa aĩalia noxia facta fuerint: an propter peccatũ nocere ceperint prꝰ facta innoxia.

Queri solet de venenosis ꝛ pnitiosis aĩantibus: vtrũ post pctũ hoĩs ad vindictã creata sint. an potꝰ creata innoxia pctõribꝰ nocere ceperĩt. Sane dici põt q̃ creata nihil hoĩ nocuissent si nõ peccasset: puniẽdoꝝ nãq̃ vitiorũ ꝛ terrẽdoꝝ: vel ꝓbãde vel ꝓficiẽde xtut̃ cã nocere ceperũt. Fuerũt ꝗ creata ĩnoxia ſz ꝓpter pctũ facta sunt noxia.

Vtꝝ mĩuta aĩalia tũc creata fuerĩt

De q̃busdã etiã minutis aĩantibꝰ q̃stio ẽ: vtꝝ in ꝓmis cõditiõibꝰ creata sint: an ex rebꝰ corruptis postea orta sint? Pleraq̃ eñ de humidoꝝ copoꝝ vitijs vel exalatiõibꝰ terre siue de cadauerib⁹ gignũt̃. Quedã etiã de corruptiõe lignoꝝ ꝛ herbaꝝ ꝛ fructuũ: ꝛ deꝰ autor oĩm ẽ. Põt aũt dici q̃ ea q̃ de corpibꝰ aĩaliũ marĩe mortuoꝝ nascunt̃ cũ aĩalibꝰ creata nõ fuerint nisi potẽtialiter ꝛ materialr. Ea xo q̃ ex terra vel ex aquis nascunt̃ vel ex eis q̃ terra germinãte orta sunt: tũc creata fuisse nõ incongrue dici potest.

Quare post oĩa factus est homo.

Omnibus aũt creatis atq̃ dispositis nouissime fact⁹ est hõ tanq̃ dñs ꝛ possessor: q̃ ꝛ oĩbꝰ ꝓferẽdus erat vñ sequit̃. Vidit deus q̃ esset bonũ. et ait: Faciamꝰ hoĩem ad imaginẽ ꝛc̃.

Sed anteq̃ de hoĩs creatiõe tractemꝰ qd̃ supra breuiter tetigimꝰ plenꝰ xsantes clarius faciamꝰ. In hac eñ rerũ distinctiõe catholici tractatores dissentire vt supra dixim⁹ ĩueniunt̃. Alijs dicẽtibus res creatas atq̃ distinctas ꝓm spẽs suas p interualla ſex dieꝝ quorũ snĩe qꝛ lr̃a Geñ. magis ĩseruire videt̃ atq̃ catholica eccl̃ia magis approbat iõ hactenꝰ studiose docuimꝰ quõ ex illa cõi materia prius informiter facta postea corpaliũ reꝝ genera p ſex dieꝝ volumĩa distinctim sint formata. Alijs aũt videt̃ q̃ nõ p interualla tẽporũ facta sint: sed sil̃r ita formata ad esse ꝓdierũt. Qd̃ Aug. sup Geñ. plurib⁹ modis nitit̃ ostendere dicẽs elemẽta q̃ttuor ita formata sicut mõ apparẽt ab initio extitisse ꝛ celũ syderibꝰ ornatũ fuisse. Quedã xo nõ formalr sed materialiter tũc facta fuisse: q̃ post p tẽporis accessum formaliter distincta sunt: vt herbe: arbores ꝛ forte aĩalia. Oĩa ergo in ipo tpis initio facta esse dicũt: sed q̃dã formaliter ꝛ ꝓm species quas habere cernimꝰ: vt maiores mũdi ptes: quedã xo materialr tñ. Sz vt dicũt moyses loquẽs rudi ꝛ carnali ꝓ locutiõis modũ tpauit de deo loquẽs a sil̃i hoĩs q̃ p moras tẽporꝝ opa sua pficit: cũ ipe sil̃r sua opa fecerit. vñ Aug. Ideo inq̃t moyses diuisim refert deũ illa opa fecisse: qꝛ nõ potuit sil̃r ab homine dici qd̃ a deo sil̃r potuit fieri. Itẽ potuit diuidere scriptura loquẽdi tpibus: qd̃ deus operãdi tpibus nõ diuisit. Illi q̃ his autoritatib⁹ ꝛ alijs hmõi inherẽtes: dicũt q̃ttuor elemẽta atq̃ celi luminaria ita formata sil̃r esse ꝛ habuisse illos ſex dies quo scptura cõmemorat ſex reꝝ genera. i. distinctiões appellãt q̃ simul facte sũt: ptim formalr: ptim causaliter.

Quõ intelligẽdũ sit deũ requieuisse ab omni opere suo.

Iam de septime diei requie aliq̃d nos eloq̃ oportet. Scriptũ est qꝛ cõpleuit deus die septimo opus suũ ꝛ req̃euit die septimo ab vniuerso opere qd̃ patrarat. Requieuisse dicit̃ deus die septimo nõ quasi operãdo lassus: ꝓ ab vniuerso ope req̃euit: qꝛ nouã creaturam facere cessauit. Requiescere eñ cessare dicitur. vñ in Apocal̃. dr: Nõ habebãt requiẽ dicẽtia: Sctũs sctũs sctũs. i. dicere nõ cessabãt req̃euisse ꝗ deꝰ dr: qꝛ cessauit a faciẽdis generib⁹ creature: qꝛ vltra noua nõ ꝓdidit. Vsq̃ nunc tñ vt veritas in euãgelio ait: operat̃ pater cũ filio. ſ. ãministratiõnẽ eorundẽ generꝝ que tunc instituta sunt. Creatoris eñ virtus

Geñ. 2.

Apocal̃. 4.

causa subsistẽdi est omni creature. Qd ergo dr
Job.5. Pater me⁹ vsq mõ opat: ⁊ ego operor: illud
vniuerse creature cõtinuã ãministrationẽ oñ
dit. Die ergo septio reqeuit. vt nouã creatu
rã vlterius nõ faceret cuius materia vel silli
tudo nõ pcesserit: sz vsq nũc opat: vt qd con
didit cõtinere ⁊ gubernare nõ cesset.

Qualiter accipiendũ sit qd dicitur de⁹ complesse opus suum septimo die: cũ tunc requieuit ab omni opere suo.

Sed qrit quõ septio die dicat deus cõplesse
opus suũ: cũ ab oi ope illo die reqeuerit: nec
aliqd genus nouũ rex fecerit? Alia trãslatio
habet. Cõsũmauit de⁹ die sexto opa sua que
nihil qstiõis affert: qr manifesta sunt q in eo
facta sunt ⁊ oim cõsũmatio eo die pfecta est:
sicut scriptura ostẽdit cũ ait: Vidit deus cũ
cta q fecerat ⁊ erãt valde bona. Omnia qui
dẽ naturaliter bona erãt nihilq in sui natura
vitij habẽtia: ⁊ sunt bona q cõdidit de⁹ etiã
singla. Simul vo vniuersa valde bona: qr ex
oibus cõsistit vniuersitatis ãmirabil pulchri
tudo: in q etiã illud qd malũ dr: bñ ordinatũ
⁊ loco suo positũ eminẽti⁹ cõmẽdat bona: vt
magis placeãt ⁊ laudabilioza sint dũ cõparã
tur malis. Sexto ergo die facta est operũ cõ
sũmatio. Ideo pmissa orit qstio quõ dicatur
deus die septimo opus suũ cõplesse: qd he
braica vitas habz in quo tũ nihil nouũ creat
se dr: nisi forte dicat die septio cõpleuisse op⁹
suũ qr ipm benedixit ⁊ sctificauit sicut subij
cit scriptura: Benedixit diei septio ⁊ sctifica
uit illũ. Opus eñ est benedictio ⁊ sctificatio
sicut Salomon aliquid operis fecit cum tem
plum dedicauit.

Que sit benedictio ⁊ sanctificatio septime diei.

Illum aũt diẽ sctificasse ⁊ benedixisse dicit:
quia mystica p ceteris benedictõe ⁊ sctifica
Exod.27 tione eũ donauit. Unde in lege dr: Memẽto
sctificare diẽ sabbati. Et inde est q numeran
do dies vsq ad septimũ pcedim⁹ ⁊ dicimus
septẽ esse quoz repetitiõe omne tẽpus agit:
nõ qn alius sit ab illis dies octauus ⁊ nonus:
⁊ sic de ceteris: sed qr in sex diebus rerũ gene
ra distincta sunt: ⁊ in septimo licet non fuerit
nouũ genus rerũ institutũ fuit tamẽ in eo qsi
quidã nouus status sctificatiõis operũ ⁊ re
quietiõis opificis. Põt etiã sic exponi illud
Cõpleuit deus die septimo opus suũ. i. cõple
tum ⁊ consũmatum vidit.

Que differẽtia est inter bestiã ⁊ iumentũ
⁊ aĩalia: quare de aĩalib⁹ amphibijs. i. dubie
vite. s. ptim agrestib⁹ ⁊ ptim natatilib⁹ ⁊ qre
de mineralib⁹ etiã nõ facit mẽtionẽ. Arti. vii. B

Deinde querit de hoc qd dicit ibi [Sequit di
xit de⁹ pducat terra ⁊c.] Circa ornatũ terre
qrunt hrtia ⁊ pmũ est q dia sit inter iumẽta
⁊ bestias ⁊ aĩalia. Scdm cũ multa sint gña aĩaliũ: qr
dicit Aristo. q natura nõ pcedit de marino ad agre
ste nisi p mediũ qre ipe non facit mentionẽ de medijs
aĩalib⁹ inter natatilia ⁊ agrestia Tertiũ qre nulla mẽ
tio est de mineralib⁹ inter ornatũ elementoz. Ad
primũ g dõm q iumẽta dicunt in hystoziis qsi iuua
mẽta q creata sunt in adiumẽtũ laboris aĩaliũ enim
genus est. bestia aũt dicit qsi vastia q dentib⁹ vel vn
guib⁹ nocet: pecora aũt dicunt vt dicit mgr in lib. de
bono cõiugali eo q talib⁹ antiqui pecuniã acqrebãt.
Ad aliud dõm q moyses nõ intredit h dicere nisi ge
nerales differẽtias aĩaliũ q sunt natatile volatile grẽ
sibile. Ad aliud dõm q mineralia nõ habẽt nisi fo
mã ?sequentẽ cõmixtionẽ elementoz: ⁊ iõ ad ornatũ
nõ ptinẽt sed ad dispositionẽ: nec tñ etiã ibi fit mentio
qr occulta sũt in terra: ⁊ rudi ppl'o manifesta tñ expo
nebãt. de aĩalib⁹ aũt nociuis ⁊ q gñatiõe equoca vir
tute stellaz vel putrefactiõe nasci pũt magis cõueniẽ
ter satis determiãt in lra. de h aũt qd seqt de opiniõe
Aug. sup disputatũ est in dist. xiij. de qete etiã sabbati
qntũ ptinet ad locũ istũ satis est qd dicit in lra ⁊ resi
duũ habet sup tertiũ pceptũ in terrio. De hijs autem
oib⁹ ertãt alie qstiones a nobis cõpilate plurius in q
bus quedã sunt q hic nõ continent.

Questiuncula primaza

Ad questiuncula secũda

Ad questiuncula secũda

Ad questiuncula tertia

De hominis creatiõe vbi considerandũ est quare creatus sit hõ: ⁊ qualiter sit institut⁹: que duo supra tractata sunt: ⁊ qlis factus ⁊ qualiter lapsus: postremo quõ sit reparatus. que discutienda sunt.

Dist. XVI. De pducione creature cõposite et spiuali ⁊ corporali. s. de hoie i cõpositione ad principiũ efficiũ uum.

Hi excursis q supra d
hois creatione pmisimus effectui
mancipare atq ordine explanare
nũc suscipimus: vbi hec considerãda vident
scz quare creatus sit hõ: ⁊ qualiter institutus
⁊ qualis ⁊ quõ factus: deinde qualiter sit la
psus: postremo qualiter et per que sit repa
ratus. Horum autem primo ⁊ secundo posi
ta id est causam creationis humane ⁊ modũ
institutionis superius pro modulo nostre fa
cultatis tractauimus. Ideoq superest vt qua
lis vel quomodo factus sit discutiamus. In
Geñ. legitur: Faciamus hominem ad imagi
nẽ ⁊ similitudinẽ nostrã ⁊c. In eo q dicit fa
ciamus: vna operatio triũ personarum ostẽ
ditur: in hoc vo q dicit ad imaginem ⁊ simili
tudinẽ nostrã: vna ⁊ equalis substantia triũ

Geñ. I.

psonaꝝ monstrat. Ex psona enim pris hoc dicitur ad filiū ⁊ spūsctū nō vt q̃dā putāt angeli q̃ dei ⁊ angelorum non est vna eadē imago vel similitudo.

Qd imago ⁊ silitudo hic a diuersis accipit varie a q̃busdā ī creata: ⁊ ab alijs creata ⁊ increata vel essētia trītatis vel filius ⁊ spūsctūs.

Imago aūt ⁊ similitudo in hoc loco vel ī creata intelligit. i. trinitatis essentia ad quā factus est hō vel creata in q̃ factus est hō: ⁊ ipa hoī cōcreata. Increatā enim imaginē q̃ deꝰ est intellexisse videt Beda cū dicit nō esse vnā imaginē dei ⁊ angeloꝝ: sed triū psonaꝝ. et iō psonis nō angelis fit ibi sermo. Improprie tū imago dr: q̃ imago relatiue ad aliud dr cuiꝰ similitudinē gerit ⁊ ad qd repsentandū facta est: sicut imago cesaris q̃ ipiꝰ silitudinē pferebat ip̄m q̃ q̃dāmō repūtabat. Proprie autē imago dr id ad qd aliud fit: sicut exēplū proprie dr qd sumit ex aliq̃: ⁊ exēplar ex q̃ sumit aliq̃d. Ponit tū ⁊ aliqū abusiue alteꝝ p altero: ita ⁊ minus pprie accipit imago essentia trītatis: si tū ea noīe imagis ī ꝑ loco ītelligit.

Opinio eorū qui putauerūt filiū p imaginē ⁊ silitudinē ꝑ accipi.

Filius xo pprie imago patris dicit: sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Ulū fuerunt nōnulli q̃ ita distinxerūt vt imaginem in hoc loco intelligerēt filiū: hominē xo nō imaginē: sed ad imaginē factū dicerēt. quos refellit aplus dicens: Vir quidē est imago et gloria dei. hec nāq̃ imago. i. hō cū dicit fieri ad imaginē nō q̃si ad filiū dicit fieri: alioquī nō diceret ad imaginē nostrā. quo enim nostrā diceret cū filius solius patris imago sit. Fuerūt aūt ⁊ alij pspicacius hec tractantes q̃ per imaginē filiū ⁊ p similitudinē spūsctū intelligerent: q̃ similitudo est patris ⁊ filij. Et iō pluralit putauerūt dici nostrā id referentes ad similitudinē tū: ad imaginē xo subintelligendū esse meā. hominē xo ⁊ imaginē esse ⁊ ad imaginē ⁊ similitudinē factū esse tradiderūt: ⁊ imaginē imaginis esse ⁊ similitudinis.

1. Cor. 11.

A

Ris excursis q̃ supra de hoīs. ⁊c.] Hic incipit tertia ps istiꝰ tractatꝰ d creaturis: in q̃ agit magr d creatura q̃ ꝓposita ē ex corpali et diuidit in duas partes: in quaꝝ prima ponit statū eius ante peccatū. In scda aūt casum eiꝰ in pctm: ⁊ statū in pctō: q̃ incipit infra dis. xxj. ibi [Ui dēs igit diabolus.] Prima baꝝ diuidit in tres: in quaꝝ prima agit de formatōe viri. In scda de formatōe mulieris dis. xviij. ibi [In eodē quoq̃ paradiso] In tertia de generatōe que fuisset ex vtroq̃ si nō peccassent dis. xx. ibi [Post hoc videdū est.] Prima barū habet duas distin. in quaꝝ prima agit de formatione homis q̃ntū ad cōformitatē imaginis / quā accipit opus ab opifice. In scda de origine materiali fm animā ⁊ corpus ibi [Hic de origine aīe.] In hac distinctiōe quattuor continent: in quoꝝ primo dicit q̃ hō factus est ad imaginē. In secundo capitulo qd dicat ⁊ q̃t modis imago ⁊ similitudo ibi [Imago aūt] In tertio excludit quasdā expositiōes fallas de ꝓformitate imaginis: ⁊ ponit verā ibi [Unde fuerūt nōnulli.] In quarto ⁊ vltimo dicit differentiā inē imaginē que est filius ⁊ imaginē que est homo ibi [Quocirca homo ⁊ imago dr.] Et p hoc pz snia de hac materia q̃ ad imaginē creatā de q̃ plurima dicta sūt in. I. li. dis. iij. ⁊ d imagīe īcreata. I. li. di. xxxj. ⁊ vtq̃ angelꝰ sit ad imaginē s ī hoc. 2. li. di. vj. ⁊ hoc nolo replicare

Utrum aliqua creatura sit cōformis deo fm imaginem. Arti. I.

d Deinde querit de secūda pte [Solet etiā q̄ri. Videk ēm q̄ angeli formare debuerūt corp⁹ hoīs: qz due sunt partes homis corp⁹ ⁊ aia, sil'iter due sunt nature spūales supiores hoīe: de⁹ et angelus. Si igitur dignior pars est creata a deo relinquit q̄ indignior pars formek ab angelo. Jtem inter miracula deputat Aug⁹ vt habek in lra q̄ mulier formata est de costa: angeloꝝ aūt q̄ virtutes dicūtur est facere miracula: ergo debuit hoc fieri p angelos. Sra hui⁹ q̄rit vtrū dei vel angeloꝝ vel hoīm bonoꝝ vel maloꝝ sit facere miracula. Videk ēm q̄ soli⁹ dei: miraculis ēm nō subijcit in elemētis mūdi nisi potētia obediētial' materie: hoc nō ē nisi respectu diuine potētie: ḡ videk q̄ miracula nō sint nisi respectu diuine potētie ⁊ nō angeloꝝ vl' quorūcūq; hoīm

Arguit ꝑo

Questiūcula prima Qd sit dei tm

Jtē in cursu naturali nō pōt ēē op⁹ nature pfectū/ nisi de⁹ sit in natura opans vt dicūt scti: ḡ multominus in cursu q̄ sup naturā est: ergo videk q̄ miracula nō fiāt nisi potētia diuina opante. Sed cōtra ꝗ videk esse q̄ angelis attribuit a sanctis. Jtē ab hoc spālis ordo denoiak. Jtē hoīb attribuit illud. Vn i. Cor. 12. Alij operatio virtutū. i. miracl'oꝝ opatio

Jn ꝓtrariū arguit ꝑo.

Jtē videk q̄ nō tm boni miracula faciunt: sed etiā mali qz dicit Mat. 28. Dñe nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹ ⁊ in noīe tuo demonia eiecim⁹. Jtē discipli dixerūt ad dñm Vidim⁹ quēdā i noīe tuo demonia eiscere ⁊ ꝓhibuim⁹ eū: qz non sequit nobiscū: ḡ videk q̄ tā boni q̄z mali faciūt miracula. Rōne hui⁹ q̄rit cui⁹ virtutis rōne fiūt miracula: videk aūt q̄ ratōe spei: qz illa est ardui. ⁊ miraculū vt dicit Aug⁹ est arduū ⁊ insolitū. Jtē spes est expectatio future bītudinis: ꝓter bītudinē fiūt miracula: ḡ videk q̄ fiāt merito spei. Sed ꝗ videk q̄ merito charitatis: qz charitas est pfectissima virt⁹: ḡ opa pfectissima de

Questiūcula secunda. Arguit ꝑo q̄ spei.

de charitate.

4o

In oppositū arguit q̃ fidei ⁊ rōnes ꝓcedūt vt dī ad secūdā q̃stiūculā primo

2o

3o

Questiūcula tertia de articulo fidei.

Arguit ꝑo de incarnatiōe.

Secūdo ō sapiētia.

In oppositū ꝑ virtute primo.

2o

3o

Solo ad prima duo argumenta ⁊ ad q̃stiūculā ꝑ mam.

Obiectio

Solo

Ad tertiū ⁊ quartū.

Ad q̃stiūcula secūdā

Ad primū obiectū de spe.

bētur eis sed talis est hec operatio miraculoꝝ: q̃ charitati debet opatio miraculorū. Itē angeli q̃ faciūt miracula nō habēt fidē nec spem: sed charitatē. cū igitur vnus opatiōis sit vnus habitus videt q̃ in hoibus etiā operatio miraculoꝝ nō debeat spei vel fidei: sz charitati. Sed cōtra videt q̃ attribuēda sit fidei: qz ita dicit dñs Si habueritis fidē sicut granū sinapis dicetis huic mōti tollere: ergo debet fidei. Itē si potes credere oia possibilia sunt credēti. Itē. I. Loꝝ. 13. Si habuero oēm fidē / ita vt mōtes trāsferā ⁊c. q̃ vt supra. Si aūt hoc cōcedat q̃rit vlterius rōne cuius articuli: ⁊ videt q̃ rōne incarnatiōis. Quia dic Augu. q̃ oē miraculū est ad ostēdēdū illud: ergo videt q̃ oē miraculū sit virtute illius: ⁊ de hoc est articulus incarnatiōis: ergo virtute istius articuli. Istud etiā videtur trahi ex lra vbi dicit: Oīm igit q̃ ad grām significandā nō naturali motu rerꝝ sz mirabilit facta sūt: abscōdite cause in deo fuerūt. ⁊ cōstat q̃ notat grām incarnatiōis: ergo virtute articuli incarnatiōis oia miracula fiūt: ⁊ adhuc plura ꝑnt adduci de tertio et q̃rto de trinitate Augus. Sed cōtra videt q̃ rōe sapiētie fiāt: qz miracula rōnē diuine sapiētie ostēdūt. Pretēdit enī sapiētiā artifex faciēdo q̃ oēs curāt: talia aūt sunt opa miraculoꝝ: ergo videt q̃ ostēdāt sapiētiā. Sed videt itē q̃ fiāt rōe oīpotētie: qz dicit Luc. 2. Nō erit īpossibile apud deū oē verbū. Itē angeli ad sarā. Gen. 18. Nūqd deo erit ḋficile ergo videt q̃ rōne oīpotētie. Itē potētie est legibus potētie naturalis obuiare: hoc aūt fit in miraculo: q̃ fiūt rōne oīpotētie. Solo dōm ad primū q̃ miraculū facit deus angelus ⁊ homo diuersis modis. Deus enī facit auctoritate ⁊ prima potētia opante. Angelus aūt per ministeriū ⁊ ꝑparādo materiā: ⁊ homo ꝑ inuocationē. Vnde bene cōcedit q̃ in costa Ade fecerūt angeli alicḋ. s. separādo eā ab Adā: ⁊ ꝑparādo eam ꝑ dispōes: sed formare nō poterāt: qz formare costā est animare mulierē: ⁊ hoc nō potuit esse nisi creando sibi aiam rōnalē. ⁊ hoc inuit in textu vbi dī q̃ solus deus potuit formare costam: angeli aūt vt agricole opant ad segetes: ⁊ per hoc ptz solo ad prima duo argumēta ⁊ ad sequētē q̃stionē. Mali aūt hoīes opantur miracula ī sancitate ecclie: licet nō in scitate ꝑsone: qz deus ad inuocationē bonū facit ea ꝓter fidem ecclesie cōfortādā: ⁊ q̃nq̃ ꝓter fidē ecclie ꝓbandā: sicut fiet in tpib̄ antichristi. Si aūt obiicit q̃ erit eius opatio fm actū sathane in ꝓdigijs ⁊ signis mēdacib̄ vt dicit apls. Dōm q̃ mēdatia ꝑnt esse quo ad intentionē: ⁊ ꝑ ea intēdit subuertere: licet vera sint quo ad opationē: ⁊ forte q̃dā erūt ꝑstigiosa de q̃b̄ sup̄ est habitū. Ad aliud dōm q̃ ille due rōnes que inducūt ad hoc q̃ solus deus est facere miracula non ꝓbāt nisi q̃ suū sit facere auctoritate ⁊ potētia ꝓfecta ad opus ex se ipsa: ⁊ hoc bene ꝓcedit: sed angelus opat sub ipso disponēdo ꝑ ministeriū: ⁊ homo ꝑ inuocationē. Ad ḃ qd vlterius q̃rit cuius virtutis sit facere miracula: dicendū q̃ fidei ꝓprie: licet alia ꝓ sit ꝑ modū meriti ī cōmuni: ⁊ huius rō est: qz fides est primo de his q̃ sunt supra rōnē: ⁊ ī cōfirmat in alijs ꝑ ea q̃ per rōnē sūt.

Itē sicut fides facit abnegare ꝓprium posse rōnis ita cōgruū est: vt opereť in ea posse diuinū: ⁊ ī etiā ꝓbi dicerūt q̃ ꝓpheta surgēs fidē verboꝝ suoꝝ nō habz ꝓbare nisi ꝑ miracula: ⁊ ī etiā ꝓphete signa dederunt / sicut Esa. 7. Pete tibi signū. Ad hoc q̃ qd obiicit de spe dōm q̃ arduū spei nō est arduū opatiōis: sed potius q̃ debeat cōprehendi in beatitudine ⁊ miracula aūt magis fiūt ad ostendēdā viā beatitudinis. Ad aliud dōm q̃ ꝓter beatitudinē oia fiūt sicut ꝓter finē vltimū: sed ꝓrius finis est fidei cōfirmatio: sic habet Heb. 2. Cōtestāte deo signis ⁊ portētis: ⁊ Marci. vlt. Signa aūt eos q̃ crediderit: hec sequent ī nomine meo ⁊c. Ad id qd obiicit de charitate dōm q̃ fm pfectionē informatiōis meriti charitas est pfectio virtutū: sed nō fm cōgruitatē opatiōis miraculorū. Ad aliud dōm q̃ angeli opant in ministerio: nos aūt querimus de merito cōgrui ex parte inuocātis ⁊ ī nihil ꝓbat illa obiectio. Ad id qd vlterius querit rōne cuius articuli: dico q̃ rōne oīpotentie ꝓcipue: qz miraculuz ꝓcipue dicit eleuationem supra omnē potētiā ꝑter diuinā. Ad id qd cōtra obiicit dōm q̃ miracula ostēdūt opus incarnatiōis vel gratiā fidei incarnatiōis vt finē: sed nō vt potētiā opantē: sed potius omnipotētiā dei q̃ facit hec ⁊ fides. credens enī potētiā merett fieri miracula ad inuocationē credētis: ꝑ hoc etiā ptz solo ad sequēs. Ad id qd obiicit de sapiētia: dōm q̃ nō fuit sapiētia nec ostendūt sapiētiā principalit nec hoīes mirantur sapiētiā sed potius potentiā. Admirationē enī sapiētie excitat ad inqrendū opus ⁊ modū opis: sicut dicit phs ī primo metha. Et āmirari ⁊ tūc ⁊ nūc philosophari incepērūt: sed āmiratio potētie desistit ab inqsitiōe ⁊ stupet in seipsa: ⁊ illa est āmiratio miraculoꝝ diuinorū sicut dicebat de dño: Qualis est hic: qz ventis imperat ⁊ mari ⁊ obediūt ei.

Ad secūdū

Ad tertiū de charitate

Ad quartū

Ad q̃stiūcula de fide

Ad primū de incarnatione.

Ad secūdū de sapiētia

Vtrum fm superiores an fm inferiores causas ita facta sit mulier id est an ratio seminalis id haberet vt ita fieret an tantū vt ita fieri posset: sed vt sic fieret in deo tantū esset causa.

Sed querit an ratio quā deus primis opib̄ cōcreauit id haberet vt fm ipam ex viri latere feminam fieri necesse foret: an hoc tm vt fieri posset? Ad qd sciēdū est omniū rerū causas in deo ab eterno esse. Vt enī homo sic fieret vel equus ⁊ hmōi in dei potētia ⁊ dispositione ab eterno fuit: he dicunt primordiales cause qz istas alie nō ꝓcedunt: sed iste alias q̃ sunt cause causarū. Cūq̃ vnū sit diuina potentia dispositio siue volūtas ⁊ ideo vna oīm principalis cā: tm ꝓpter effectus diuersos pluralit dicit Augus cās ꝓmordiales oīm rerū in deo esse. inducēs similitudinē artificis: ī cuius dispositiōe est: qualis futura sit arca. Ita ⁊ in deo vniuscuiusq̃ rei future causa ꝓcessit. In creaturis vero quarūdā rerū: sed nō omniū causes sunt: vt ait Augus Quia inseruit deus semiales rōnes rebus fm q̃s alie ex alijs ꝓueniūt vt de hoc semie tale granū: de hac arbore talis fructus ⁊ hmōi. Et he quoq̃ dicunt primordiales cause: ⁊ si nō adeo ꝓprie: qz habent aīa se

causam eternã: que ꝓprie ⁊ vniuersaliter ꝑma est. Ille vero ad res aliq̃s dicunt prime que. ſ. ex eis pueniũt. Ideo etiam ꝑmordiales dicunt: qꝛ in prima rerũ cõditiõe rebus a deo insite sunt: ⁊ sic creature mutabiles sunt ita ⁊ he cause mutari possunt. Que aũt in immutabili deo causa est: nõ mutari põt.

Distinctio causarũ rerũ perutilis. ſ. q̃ quedã in deo ⁊ ĩ creaturis quedã in deo tm̃ sunt.

Omniũ ergo rerũ cause in deo sunt: sed quarundã cause ⁊ in deo sunt ⁊ ĩ creaturis. Quarũdã vero cause in deo tm̃ sunt: ⁊ illarũ rerũ cause dicunt absc̃ondite in deo: qꝛ ita est in diuina dispositiõe: vt hoc vel illud fiat qd̃ non est in seminali creature rõne. Et illa quidẽ q̃ fm cãm seminalẽ fiunt dicunt naturaliter fieri: qꝛ ita cursus nature hoibus ĩnotuit. Alia vero preter naturam quorũ cause tm̃ sunt in deo. Hec aũt dicit Aug⁹ esse illa que p̃ grãm fiũt vel ad ea significãda nõ naturaliter: sed mirabiliter fiunt. Inter que mulieris facturã de c̃osta viri ponit ita dicẽs: Vt mulierẽ ita fieri necesse fozet: nõ in reb⁹ conditũ: sed in deo absc̃onditũ erat. Omis creature cursus habet naturales leges sup hũc naturalẽ cursum creatoꝛ habet apud se posse de oibus facere aliud q̃ eoꝛ naturalis rõ habet vt. ſ. virga arida repẽte flozeat: fructũ gignat: ⁊ in iuuentute sterilis femina in senecture pareat: vt asina loquat ⁊ hmõi. Dedit autẽ naturis vt ex his etiã hec fieri possent: nõ vt in naturali motu haberẽt. Habet ergo de⁹ ĩ se absc̃onditas quorũdã futuroꝛ causas q̃s reb⁹ cõditis nõ inseruit easq̃ implet nõ ope ꝓuidẽtie quo nature subsistũt vt sint: ſz quo illas ministrat vt voluerit quas vt voluit ꝓdidit. Omniũ ergo q̃ ad grãm significãdã nõ naturali motu rerũ: sed mirabiliter facta sunt absc̃ondite cause in deo fuerũt quoꝛ vnũ erat q̃ mulier facta est de latere viri dozmiẽtis. Mõ habuit prima reꝛ ꝓditio: vt femina sic fieret ſz vt fieri possz: ne ꝗ cãs q̃s de⁹ volũtarie istituit mutabili volũtate aliq̃d facere putareꝛ.

Num. 27.

Num. 21.

Arti. III.

Quid est miraculũ p definitionẽ.

Deinde queritur de hoc qd̃ dicit [Sed queritur an rõ quã de⁹ creauit] Et querunt q̃tuor. ſ. quid sit miraculũ: qꝛ sine sciẽtia illi⁹ non pũt hũ determinari que hic tradunt. secũdo q̃ dicunt miracula. tertia q̃ est differẽtia inter miraculũ ⁊ mirabile: signũ ꝓdigiũ ⁊ pozentũ ⁊ mõstrũ. quarto vtrum oẽ miraculũ sit cõtra naturã vel supra naturã vl̃ p̃ter naturã. Ad primũ ꝓcedit p̃ duas diffinitiões q̃rũ prima est Augu. in lib. de vtilitate credẽdi. hec. ſ.

Miraculũ ẽ aliqd̃ arduũ insolitũ p̃ter spem ⁊ facultatẽ ãmirãt̃ apparẽs. Alia ẽ mgr̃oꝛ. hec. ſ. Miraculũ est op⁹ diuie potẽtie oñsiuũ. Cõtra primũ sic obĵcit ca q̃ miracula dicũt nõ sunt semp̃ ardua: sed aliq̃ de reb⁹ paruis: vt q̃ capisterũ in tegꝛ nutrici sue bt̃is benedict⁹ reddidit. q̃ eliszeo p̃ĵciẽti lignũ super aquã ferrũ natauit ⁊ hmõi: ergo male diffinit̃ miraculũ p̃ arduũ. Itẽ nõ semp̃ insolitũ: qꝛ crebzo apparitiões angeloꝛ fiebãt p̃rib⁹: ⁊ tm̃ mirabiles erant. Itẽ ponam⁹ q̃ freq̃nt̃ fiãt tũc nõ erũt isolita: ⁊ tm̃ erũt nihilomin⁹ miracula q̃ si raro fierẽt: q̃ miraculũ nõ est insolitũ vel insolitũ esse non erit subale miraculũ. Itẽ nõ videt̃ eẽ p̃ter spem: qꝛ sũmũ oĩm miraculoꝛ. ſ. q̃ virgo cõcipet ⁊ pareret: ⁊ de⁹ hõ fieret: oẽs antiq̃ sperabãt ⁊ tm̃ miraculũ fuit. Itẽ oẽs nos speram⁹ resurrectionẽ: ⁊ tm̃ erit miraculosa: q̃ nõ ẽ p̃ter spem. Itẽ cõtra b̃ qd̃ dicit: Et facultatẽ aut intelligĩt̃ de facultate cognitiõis aut opatiõis. Si cognitiõis tũc oĩa opa nature erũt quo ad b̃ miraculosa: qꝛ Salomõ dicit q̃ eorũ q̃ fiũt sub sole nõ põt hõ inuenire rõnẽ: ⁊ cũcte res difficiles: ⁊ nõ põt ꝛc̃. Si aũt de facultate opatiõis tũc multomagis sunt miracula: qꝛ licet ars imitet̃ naturã: tm̃ nõ põt sec̃ opãdo ⁊ ĩõ dicit phs q̃ ars nõ inducit p̃ se formã specificã sicut natura: ergo videt̃ q̃ miraculũ male diffinitur ab Aug. Cõtra secũdũ sic. Oẽ op⁹ diuine potẽtie est declaratiuũ: ergo oẽ op⁹ est miracl̃osum qd̃ nihil est dicere. Sol̃o dõm q̃ Aug. diffinitio bona est ⁊ magistroꝛ nõ est adeo bona: sed tm̃ põt sustineri. Ad p̃mũ ergo dõm q̃ prime due dẽ in diffinitione miraculi posite: diffinũt ipm in cõparatiõe ad alia q̃ nõ fiunt miracl̃ose: vt q̃ fiũt p̃ naturã ⁊ a volũtate humana. Sed pria q̃ est arduũ dẽ in cõpatiõe ad cãm efficientẽ q̃ eleuata est sup̃ cãs naturaliũ ⁊ volũtarioꝛ: ⁊ iõ ita ꝑz sol̃o ad primũ: qꝛ licet res in q̃ fit miraculũ parua sit: tamẽ potẽtia ea faciẽs est eleuata ⁊ ardua.

Miraculi prima definitio.

2a Arguit̃ p̃ ꝗ primã

2o

3o

4o

5o

Questiũcula de facultate.

Arguit̃ ꝗ secũdã definitionem.

Solutio Ad primũ.

Ad secũdũ ⁊ tertiũ.

Ad aliud dõm sil̃it̃ q̃ etiã si rota die fieret miraculũ adhuc eẽt insolitũ: qꝛ nõ fit solito cursũ apud cãs inferiozes: sed pot⁹ fm rõnẽ in deo a seculis absc̃onditã: vt dẽ in lr̃a: sũt tm̃ q̃ hec ⁊ sequẽtia alit̃ soluũt: ſz nõ est multũ curãdũ: qꝛ q̃stio nõ est multũ laboziosa.

Ad quartũ fm Augm.

Ad aliõ dõm q̃ fm intẽtionẽ Aug. dẽ ibi spes nature: sicut habet̃ ad Rom. 4. sup̃ illõ: Qui ꝗtra spẽ in spem credidẽrũt: glo. dicit: contra spem nature in spem grẽ: ⁊ hoc verũ est: qꝛ licet spes grẽ eẽt de hmõi nũ q̃ tũ spes nature: ⁊ hec sol̃o est fm intẽtionẽ Augu.

Sol̃o aliorũ ad idẽ

Ad q̃stiũculam.

Ali q̃ aũt obiectionẽ cõcedũt ⁊ talia dicũt eẽ mirabilia ⁊ nõ miracl̃a: ⁊ puto q̃ nõ bn̄ dicũt. Ad aliud dõm q̃ facultas dẽ ibi p̃tãs cognoscẽdi ⁊ opãdi: qꝛ nec cognoscẽdo nec opando possum⁹ in miraculũ.

Ad obiectũ

Ad id qd̃ cõtra obĵcit̃ dõm q̃ opeꝛ nature habemus p̃tãtẽ cognoscẽdi p̃ cãs / licet nõ sufficiẽtes: ſz in miraculis nec attingim⁹ modũ cause sil̃it̃ naturalia imitamur ⁊ q̃dã opamur ĩ opet: ſz mirabilia ãmirari possum⁹: ſz imitari nõ possum⁹: p̃ b̃ pz q̃ vltime due dẽ ponũt̃ in diffinitiõe miraculi in cõpatiõe ad ãmirantẽ.

Ad id qd̃ ẽ ꝗ secũdã definitionẽ

Ad id qd̃ obĵcit̃ de diffinitiõe mgr̃oꝛ dõm q̃ debet intelligi cũ p̃cisiõe sic q̃ miraculũ est op⁹ potẽtie diuine ostẽsiuũ tm̃: sicut magi dixerũt pharaõi: Digit⁹ dei est b. i. demõstratio diuie virtutis ⁊ potẽtie. Alia aũt opa ostẽdũt alias potẽtias p̃mas / licz ostẽdãt diuinã potentiã vt primã.

Arti. IIII.

Que dicũt̃ miracl̃osa vtꝛ op⁹ creatõis distinctiõis oznat⁹ iustificatiõis: incarnatiõis

resurrectionis ⁊ etiã opus nature.

Arguit ꝓ q̃ sic.

Secũdo q̃rit q̃ sunt miracula ⁊ querit de ope creatiõis vtrũ ipm̃ sit miraculosum. Et videtur q̃ sic: qꝛ Daniel. ⁊ Ebrit. distinguũt tripliceẽ cursum reꝝ. s. q̃ fit volũtate diuina tm̃: ⁊ eũ q̃ volũtate diuina ⁊ natura: ⁊ eũ q̃ fit volũtate rõnal' creature ⁊ p̃mũ dicũt mirabile scõm naturalẽ: tertiũ volũtariũ: opꝰ aũt creatiõis fit volũtate diuina tm̃: ergo est miraculosum. Itẽ nõ põt esse opꝰ bõis vl' angeli. Itẽ nec nature: qꝛ tũc natura nõ fuit: q̃ relinq̃tur q̃ sit miracl'osũ aut naturale aut volũtariũ. Si q̃rit de ope recreatõis p iustificationem. Videtur q̃ sit opꝰ miraculi: qꝛ dicit Augꝰ Magis est de impio facere piũ q̃ꝫ creare celũ ⁊ terrã: q̃ est opꝰ maxĩe potẽtie ostẽsiuũ: hoc aũt est miraculũ: ergo est miraculũ.

Questiũcula ꝏ recreatione.

Arguit q̃ sic primo.

Itẽ Greg. in dyal'. dicit q̃ magis est suscitare hominẽ in mẽte q̃ꝫ in corpe: ⁊ hoc probat p paulũ suscitatũ in mẽte ⁊ lazaꝝ suscitatũ in corpe de quoꝝ altero post in mẽte suscitationem mira leguntur: de alio aũt post suscitationẽ in corpe nihil legit magni. Itẽ ibidẽ innuit aliã rõnẽ ad hoc: qꝛ magis est viuificare aĩas in eternũ victuras q̃ꝫ corpa iteꝝ mozitura: q̃ est opꝰ miraculi. Qõ si cõcedat cõtra videt esse: qꝛ miraculosũ opꝰ est sola diuina potẽtia opãte: ⁊ hoie nõ coopãte: sed forte angelo coopãte vt prꝰ habitũ est: sed dicit Augꝰ Qui creat te sine te nõ iustificabit te sine te: ergo videt q̃ hõ nihil cooperet deo: q̃ nõ est miraculosum. Itẽ nõ est ꝑter spẽ nec insolitũ: q̃ nõ est miraculũ. Ulterꝰ q̃rit de opib̃ nature vtrũ sint mirabilia: videt q̃ sic qꝛ dicit Augꝰ q̃ magis est ex paucis granis multiplicare segetẽ totꝰ mũdi q̃ꝫ multiplicare q̃nq̃ panes in sacietate q̃nq̃ miliũ hoim: q̃ videt q̃ cũ illud sit miraculũ q̃ istud multo magis est miraculũ ⁊ multe glo. sup Jo. 6. pũt adduci ad hꝰ sup Jo. 3 vbi legit de mutatõe aq̃ in vinũ. Sed ꝗ Aug. in. xij sup Geñ. ⁊ ponit hec pars in lra: distinguit inter ea q̃ fuerũt i rõne causaꝝ opeꝝ primoꝝ: vt inde fierẽt ⁊ ea q̃ fuerũt in eis vt tm̃ inde fieri posset: ⁊ inẽ illa enumerat opa nature vt q̃ humoꝛ i vitẽ trahat: ⁊ ibi dicꝰ vertat in vinũ. inter ista aũt enumerat mutatõs aq̃ in vinũ: qõ natura nõ põt facere. cũ igit ista sunt miraculosa illa nõ sunt miracula. Ulterꝰ obiciũt q̃dã de incarnatõe ⁊ resurrectõe volẽtes ꝓbare q̃ nõ sunt miracula: qꝛ nõ eueniunt ꝑter spem: ⁊ hec obiectio apud me nihil valet. Solo dõm q̃ oẽ opꝰ ⁊ solũ dr̃ miraculosum qõ nõ fit fm legẽ nature nec fm legẽ ꝓsiti creati siue volũtatis create: ⁊ iõ opꝰ creatiõis ⁊ dispositiõis ⁊ ordinꝰ inter miracula reputo: ⁊ q̃dã dicat q̃ ẽ mirabile ⁊ nõ miraculũ cꝰ distictõis rõ infra patebit: opꝰ aũt iustificatõis licꝛ sit sup̃ nos tm̃ nõ fit nisi fm legẽ volũtatis: qꝛ nõ nisi ꝓsentiẽtib̃ nob: ⁊ iõ nõ dico eẽ miraculosum vel mirabile: opꝰ aũt nature nullo mõ est miraculosũ vel mirabile/ cũ totũ nature legib̃ subijciat: opꝰ autẽ incarnatiõis ⁊ resurrectõis totũ puto eẽ reponẽdũ sub nũero miraculoꝝ. Ad id aũt qõ cõtra obijcit dõm q̃ opꝰ iustificatõis fm q̃d maiozis potẽtie ẽ oñsiuũ ⁊ nõ simpl'r: qꝛ in creatõe celi ⁊ terre nulla fuit ꝗria dispositio ad oppositũ inclinãs: i iustificatõe aũt bõis ꝗria dispõperi est. Itẽ creãdo celũ ⁊ terrã nõ nisi dixit ⁊ facta sunt: in iustificatõe fecit multa: dixit infinita: protulit plurima quo ad q̃d ergo ostẽdit maiozẽ bonitatẽ: nec tm̃ sequit̃ hoc opꝰ ostẽdit maiozẽ potẽtiã: q̃ est miraculũ maꝰ q̃ꝫ illud: qꝛ miraculũ nõ enũciat ex solo illo: sed ex illo ⁊ etiã alijs differẽtijs diffinitiõib̃ ipm̃. Ad rõnẽ Gregoꝛ. in in dyal'. dõm q̃ ipse nõ intẽdit ꝓbare q̃ sit miraculũ sz q̃ sit maꝰ vtibile ⁊ melꝰ: ⁊ iõ mirabiliꝰ in bonitate ⁊ nõ miraculosiꝰ. Ad aliud dõm q̃ opus nature nõ est miraculosũ: ⁊ bñ cõcedo q̃ oñdit maꝰ posse portãs naturã q̃ꝫ multiplicãs panes ⁊ solo eorũ q̃ iducũt ex pz p̃dict'. Ad aliud dõm q̃ meo iudicio miracula sunt illa q̃ tm̃ in diffinitiõe dr̃ ꝑter spez intelligit de spe nature ⁊ nõ spe grẽ q̃ est virtꝰ.

Solo principal' ⁊ ad pria obiectũ.

Ad q̃stiũcula ꝏ recreatiõe siue iustificatõe ⁊ ad primuꝛ obiectũ.

Ad alia duo obiecta.

Ad q̃stiũcula ꝏ opꝰ iustificatõis ⁊ de natiõe ⁊ resurrectõe.

Arti. v

Quõ differãt miraculũ: mirabile: signum portẽtũ: pdigiũ ⁊ mõstrũ ⁊ virtus.

Tertio q̃rit q̃ est dr̃ia inter miraculũ/mirabile signũ/portẽtũ/pdigiũ ⁊ mõstrũ. Uidet̃ glosa dicere sup. 1. ad Coꝛ. 12. q̃ signa sunt minora ⁊ maiora pdigia. Itẽ mirabile ⁊ miraculũ nõ videnꝫ differre nisi sic̃ potentia ⁊ actꝰ: sunt q̃ eiusdem.

Obiectio

Solo dõm q̃ fm mgros mirabile ⁊ miraculũ differũt sicut genꝰ ⁊ spẽs: qꝛ oẽ miraculũ est mirabile: sz nõ cõuertit̃: vñ dicũt esse mirabilia opa creatiõis ⁊ iustificatõis ⁊ glorificatiõis q̃ nõ sunt sup̃ spem vt supra co q̃ q̃ ad aliquã dr̃iam cadũt a rõe miracli. sz miracula dicũt sic̃ illumiatiõs cecoꝝ directionẽ claudorũ ⁊ suscitationẽ mozituoꝝ ⁊ hmõi de q̃b nll'a fit spes fm nomẽ aũt nõ dr̃nt nisi sic̃ potẽtia ⁊ actꝰ. ⁊ p̃ hꝰ pz solo obiecti. Quidã etiã distinguũt inẽ mirũ ⁊ mirabile: qꝛ mirꝝ est bñs ignozatã cãm ⁊ mirabile ⁊ miraculũ sunt depẽdẽtia a diuina potẽtia tm̃ vt dictuꝛ est: sed istas diffinitiões nõ inueni nec memini inuenisse ꝓbatas. Si autẽ fm phos vellemꝰ dicere tũc mirabile vocat bñs cãm altã quã pulchꝝ est inuestigare: sed difficile inuenire sicut lune defectꝰ vel solis ⁊ sicut cognitio passionũ aĩe ⁊ nature ⁊ subaꝝ spũaliũ: sed in hocvsu nõ est apud sctõs. Signũ autẽ ⁊ pdigiũ ⁊ virtꝰ dr̃nt. Signũ em̃ fm q̃ diuine potentie est indicũ dr̃: pdigiũ aũt fm q̃ ꝓuocat in se aspectũ hominũ cuꝛ ꝓcul sit ab indicio cognitõis humane: ⁊ iõ dr̃ pdigiũ q̃si ꝓcul a digito. i. potẽtia indicãdi cãm: ⁊ iõ dicit glo. q̃ signũ est in minorib̃ ⁊ prodigiũ in maiorib̃. Quidã etiã iõ q̃ futurũ ꝓcul est dicũt q̃ pdigiũ est signũ ꝓmissum in futuꝝ qõ lõge antẽ indicat digito pnũciatiõis: sed nõ credo q̃ hoc exemplo vel auctozitate ꝓbari possit: virtꝰ autẽ dr̃ in comparatõe potẽtie opantis: qꝛ illa vltima sup̃ naturã ⁊ facultatẽ nature: dr̃ autẽ virtꝰ vltimũ potẽtie de re.

Signũ ⁊ pdigiũ

Virtꝰ

Monstꝝ aũt est id qõ excedit modũ nature: ⁊ hꝰ cõtingit multiplicit̃. s. ex defectu vt manꝰ ad humeꝝ vl' ex abundãtia: ⁊ hoc tripl'r. s. virtutis ad formã vnꝰ mẽbri: sicut plura oza vel nasi vel aures in vno vl' ex abũdãtia materie in mẽbro vno vt digiti ser vl' plures vel respectu q̃ntitatis tm̃: sicut mõstra dicũtur filij enachꝫ: qꝛ alij ad eos cõpati q̃si locuste videbãt q̃nq̃ etiã cõtingit ex motu matricis diuidẽtis semen in parte ⁊ in parte relinq̃ntis continuũ: sicut, q̃n diffundit ꝑ longitudinẽ matricis ⁊ diuaricat in parte vna: tũc em̃ duo corpa ꝑ parte diuisa generant̃ continua sibi ex parte indiuisa: q̃nq̃ aũt hoc cõtingit ex ruptura secũdinaꝝ cũ humoꝛ adhuc liquẽs est vt videtur dicere Arist. sed de his alterius negocij est inquirere.

Mõstꝝ

Filij enachꝫ

Arti. vi

Utrũ miracula siue mirabilia sunt cõtra naturã ⁊ que est differẽtia inter fieri posse et fieri ex necessitate.

Arguit po

Quarto queritur vtrũ ista q̃ miracula ⁊ mirabilia dicunt sint cõtra naturã vel nõ. Videtur aũt q̃ nõ: qz dicit Aug⁹ in lib. vij. sup Gen. Quis nesciat aquã cõcreatã terre cũ ad radices virg⁹ venerit duci in sagittã ligni illi⁹: arqz in eo sumere q̃ litatẽ qua in vnã ꝓcedit paulatim erũpentẽ/ atqz in eo grãdescentẽ vinũ fiat maturũqz dulcescat qõ adhuc feruescat exp̃ssum: ⁊ quadã vetustate firmatũ ad vsum bibẽdi vtili⁹ iocũ diuisqz queniat: nũq̃d iõ de⁹ lignũ q̃ siuit aut terrã aut bas rẽpoꝫ moras cũ aquã miro cõpendio ꝓuertit in vinũ tale qõ etiã ebrius cõuiua laudaret nunq̃d adiutorio trꝗs eguit trꝗs cõditor: nõne certis dieꝫ numer⁹ suo cuiqz generi accõmodat⁹ oĩs natura serpẽtiũ ꝓualescit format nascit roborat nũc expectati sunt hi dies vt in draconẽ virga ꝓuertereꝫ de manu Moysi ⁊ Aaron: nec ista cum fiunt cõtra naturã fiũt nisi nob q̃b alit nature cursus inotuit: nõ aũt deo cui hec est natura qõ fecerit g̃ videt q̃ nihil hoꝫ sit cõtra naturã. Si dicas q̃ est natura naturãs q̃ est de⁹: ⁊ cõtra hãc nihil fit: ⁊ natura naturata q̃ est creata natura in cõtexiõe causaliũ rõnũ nature: ⁊ cõtra hãc fiũt miracula: ⁊ p hãc distinctionẽ vis soluere dictũ Augu. Cõtra Aug⁹ in codẽ. Queri etiã merito põt: ⁊ causales ille rões q̃s mũdo indidit/ cũ primũ simul oĩa creauit quõ sunt institute: ⁊ ita restat vt ad vtrũqz modũ abiles create sint ad istũ quo vsiratissime ꝓalia trãsecurrũt siue quorara ⁊ miracula fiũt: sicut deo facere placuerit: g̃ miracula sunt quo ad rões causales istas nature create: ergo non fiunt contra eã: hoc etiã aperte dicitur in lra. Sed cõtra. I. Coꝫ. 13. super illud Opa virtutũ dicit sic: Signa ⁊ ꝓdigia sunt in his q̃ ꝗ naturã fiũt. Itẽ ad Rom. II. Cõtra naturã insert⁹ es in bonã oliuã. Ulteri⁹ q̃rit hic q̃ dĩa noteꝫ in his modis loquẽdi que habent hic ⁊ trabunt ex. vij. super Gen. q̃ de⁹ q̃dã ꝑmis opib⁹ inseruit vt fieri possent ⁊ quedã vt fieri necesse eẽt: nullũ eĩ gñabiliũ inferiũ gñat de necessitate vt ꝓbãt phi: ergo videt q̃ nõ sit necesse fieri. Itẽ q̃cq̃d põt fieri si ponat fieri nihil est mirabile. Itẽ q̃cq̃d necesse fieri ꝑt fieri: g̃ videtur q̃ ista se habeãt sicut supi⁹ ⁊ inferius: g̃ male cõtra se diuidunt. si eĩ ista q̃ vsitate fiũt indidit illi p̃me reꝫ ꝗditõi vt sic fieri necesse eẽt opteret q̃ etiã indiderit vt ita fieri posset. Sol'o dõm fm Aug⁹ q̃ ⁊ rõnes causales tm̃ nihil fieri videt ꝗ naturã prio insitã reb⁹: qz etiã miraculoꝫ causales rõnes ⁊ primordiales indidit eis de⁹: ⁊ dicit Aug⁹ q̃ sicut non põt facere contra seip̃m: ita nõ p̃t facere ꝗ rões illas ⁊ cõtra op⁹ suũ sapiẽter dispositũ. Unde sup illud Ro. II. qõ adducũ est dicit glo. Aug. De⁹ creator ⁊ conditor oĩm naturarũ nihil facit cõtra naturã: sed humano more dicit esse cõtra naturã qõ est cõtra naturę vsum mortalib⁹ notũ. Item Aug⁹ de ciui. dei. xj. Que porrẽta sunt cõtra naturã dicim⁹ esse: sed non sunt: quõ enim cõtra naturã est qõ fit dei volũtate: Ad aliã glo. q̃ dicit q̃ fiũt cõtra naturã dõm q̃ hoc ꝗ est quo ad alia duo gña causaꝫ. s. naturaliũ ⁊ seminaliũ: qz nõ fuerũt fm cãs naturales vel seminales. Ad id qõ vlteri⁹ queritur dõm q̃ vt dicit cõmẽtator sup. xj. metha. nihil est in potẽtia in aliq̃ nisi qõ vno motore educit ꝑ illo fm naturã: ⁊ hoc inuit etiã phs dicẽs q̃ albũ fit ex nõ albo: ⁊ nõ ex quolibet nõ albo: qz nõ ex nõ albo qõ est linea: sed ex nõ albo qõ est nigrũ vel mediũ: hoc est qõ est principio in ꝓria materia albi: ⁊ iõ tũc dicit Aug⁹ quedã indita eẽ primę cõditiõi vt fieri necesse sit: nõ intelligit de necessitate existẽdi: sed de necessitate que est insufficiẽtia ꝑnciporꝫ naturaliũ. s. q̃ habeãt in causis naturalibus moues ⁊ motũ ⁊ disponẽs: ⁊ oĩa q̃ exigunt ad suũ fieri: ⁊ iõ nõ valet in qõ cõtra obiicit: qz hoc est veꝫ de necessitate existẽdi inesse: cũ aũt dicit q̃ quedã indidit vt fieri possit intelligit q̃ li possit dicit potẽtiã obedientie ex parte nature tm̃ que nullũ habet motorẽ in oib⁹ nature principij⁹: sed extra: qz sola dei volũtate opante fiũt. Ad obiectũ ꝗ dõm q̃ est equocatio potentie: qz ibi intelligit de potẽtia habẽte motorẽ in natura: hoc aũt de potẽtia obedientie tm̃: sic dicim⁹ q̃ in trũco est potẽtia q̃ inde a deo possit fieri vitul⁹: nõ tm̃ est in eo vt inde fiat: qz ad fieri in actu exigitur etiã agẽs principiũ: ⁊ hoc non est in trunco ⁊ per hoc patet solutio ad totũ.

Ad obiectũ in cõtrariũ

Arti. VII. B

Que dicunt ⁊ quõ differãt cause primordiales: rationes causales: cause naturales ⁊ cause seminales.

Deinde queritur de hoc qõ dicit ibi [Causas primordiales oĩum]. B. a. Dicẽm noiat q̃tuor gña causaꝫ. s. cãs primordiales/ rõnes causales/ ⁊ cãs naturales/ ⁊ cãs seminales: ⁊ inuenituntur ista noia hic in duob⁹ capl'is seq̃ntib⁹ ⁊ trabũtur de septio sup Gen. Augu Uidet aũt q̃ cause primordiales sint naturales: qz dicẽ infra q̃ etiã seminales sunt ꝑmordiales respectu coꝫ q̃ ex eis fiũt. Itẽ vident rõnes causales idẽ eẽ cũ naturalib⁹: qz nihil naturaliũ fit/ qõ rõnẽ finis nõ habeat: cũ igit rõ ꝑncipalit dicat finẽ: videt naturalis cã ⁊ rõalis eẽ idẽ. Itẽ cause seminales ⁊ naturales videt esse idẽ: qz semẽ est appropriata natura spẽi: g̃ hz cãm naturalẽ/ ⁊ causa naturalis est ex q̃ fit spẽs ⁊ cõfuat. Sol'o dõm q̃ Aug⁹ oĩa ista noia ponit absqz distinctiõe ⁊ multi b multiplicẽ fecerũt distictionẽ nec distictio vni⁹ cõcordat cũ alia: ⁊ iõ nõ ponã sentẽtias eorũ: sed fm rõnes noĩm ponã vnã. Causa igit primordial' dꝗ duob⁹ modis. s. simpl'r prima ⁊ fm q̃d prima. Simplicit prima est ydea in mẽte diuina q̃ se hz ad omnia ydeata siue sint mirabilia siue naturalia: ⁊ hec vocat in deo abscõdita ab eterno. Secõm q̃d aũt ꝑmordialis dꝗ duob⁹ modis. s. vl'r ⁊ particularit. Ul'r sic cause eẽ siue obiecti siue naturales q̃ indite sunt primę rũ cõditiõi respectu oĩm q̃ sunt in ipa/ siue vt fieri necesse sit/ siue vt fieri possit. Si vt necesse sit: ⁊ sic cause primordiales bnt sub se causales rõnes ⁊ cãs naturales ⁊ cãs semiales. Particularit aũt dicũt primordiales q̃libet cause q̃ ortũ ei⁹ qõ fit ex ipsis pcedũt: ⁊ hũc sensum tãgit magister in lra: ⁊ sic idẽ sunt q̃ q̃b cause ꝑmordiales naturales ⁊ seminales ⁊ differũt fm nois rões. Cause aũt q̃ dicũt causales rõnes sũt ꝓrie respectu coꝫ q̃ ita indite sunt q̃ nõ hz ꝑma reꝫ ꝗditio nisi potẽtiã obedientie ad illa. s. q̃ fieri p̃nt ex eaꝫ nõ autẽ necitatẽ ꝑncipioꝫ hz in natura. et hoc hac rõne dico: qz rõ respicit finẽ: ⁊ talia semp fiũt ad itidicãdũ id qõ simpl'r est finis. s. statũ gñe ⁊ gl'ie.

Arguit po

20

30

Sol'o

Causa primordialis.

Causales rõnes.

Itẽ rõ dicit aliq̃d simplici⁹ q̃ res: qz trahit a re: cãetiã nõ sp dicẽ ꝑncipiũ itrisecũ: ⁊ iõ rões causales fm nomẽ dicũt potẽtiã insitã prie ꝗditiõi respectu operũ q̃ educunt ab ipsa mirabilit ⁊ nõ natural'r. cũ aũt dꝗ natura dicẽ ꝑncipiũ intrisecũ sz nõ necessario ꝓriũ: qz

dicē phs q̃ natura est cā ordis vniuersi: z iō cause naturales sunt ꝓprie cōtexio vlis causaꝝ in creatis dispositis z ordinat, vt sup̄ dictū est: sunt tñ q̃ dicūt ꝓprie hoc q̃ natura principalr est forma q̃ cā formalr dī ꝑ cā naturalis: sz nō est vera fm vsum Aug. vt facile ptz inspicētī in rētione lre. Cause aūt seminales addūt sup̄ naturales ꝓprietatē ad hāc spēm vel illā. Ex hoc igit ptz rō ei⁹ qō dictū est in p̄cedēti qōne q̃ miracula fiūt ꝗ cās naturales z semiales: sz nō ꝗ rōnes causales: z cās primordiales. Ulteri⁹ notādū est hic q̃ miraculoꝝ q̃dā vident eē ꝗ cās naturales: q̃dā sup̄ q̃dā ꝑter has/cui⁹ rō est hec: qz q̃dā miracla habēt aliq̃d in qō pōt etiā natura sz nō ꝑ modū illū. vt cecū videre: postq̃ habuit oculos z mortuū viuere post reditū aie z hmōi viuere eiūs/videre/ambulare act⁹ naturales sr: sz ꝑter naturā fit redit⁹ ad hmōi ꝑ miraculū. Cōtra naturales aūt cās eē vt qñ act⁹ q̃dē ineſt manēte ꝗria dispōe ꝑ naturā: vt aliqs manēs cecus videret: z sic est singulare miraculū gl'iose virgis in partu: qz manēte virginitate q̃ est ꝗria pro pietas partui pepit. sup̄a naturā autē fit qñ terminatur ad actū in quē nō pōt natura: sic est gl'ia corporū z miraculū incarnatiōis in vnitate deitatis z humanitatis. z hec de miraculo dicta sufficiāt.

Cause seminales.

Nota bñ.

De anima mulieris que non est ex aia viri: vt quidā putauerūt dicentes aias esse ex traduce.

Quēadmodū mulieris corpus de viri corpe traductū fuit ita putauerunt aliq̃ ipsi⁹ aiam de viri aia ꝓpagatā: z oēs aias ꝑter primā ō traduce eē sicut corpora. Alij aūt putauerūt simul oēs anias ab initio creatas. Catholica aūt eccl'ia nec simul nec ex traduce factas eē aias docet: sed in corporib⁹ ꝑ coitū seminat, atq̃ formatis infundi: z infundendo creari. Tñ in eccl'iasticis dogmatibus: Aias hoīm nō eē ab initio inter creaturas ītellectuales naturas: nec simlr creatas sicut Origenes fingit dicim⁹: neq̃ in corporib⁹ ꝑ coitū seminari sicut Luciferiani z Cyrill⁹ z q̃dā latinoꝝ presumptores affirmāt. Sz dicim⁹ corp⁹ tñ ꝑ cōiugij copulā seminari. Creationē vo aīe solū creatorē nosse eius q̃ iudicio corp⁹ coagulari in vulua z cōpingi atq̃ formari: ac formato iā corpe aiam creari atq̃ infundi vt viuat in vtero hō ex aia cōstās z corpe z egrediat viuus ex vtero plen⁹ hūana suba. Hiero. etiā anathematis vīculo illos cōdēnat q̃ aias ex traduce dicūt inducēs auctatē ꝓphete: Qui finxit sigillatim corda eorū. Hoc satis inquit innuit ꝓpheta q̃ nō ipam aiam de anima facit de⁹ sed sigillatim aias de nihilo creat.

ps. 32.

Arti. VIII. N

Utrū anima sit ex traduce. s. vegetabilis sensitiua rōnalis.

Deinde q̃rit de ꝑ qō dicit ibi [Quemadmodū mulieris corp⁹] Hic eiūs incidit qō vtr aia sit ex traduce: z qz alibi ꝓlixe tractata est: iō hic breuit trāseo obiciēdo theologice sic. in Geñ. dicit: Oēs aie q̃ egresse sunt de femore Jacob: g̃ aia seminat cū semie: g̃ est ex traduce sic corp⁹. Itē aia ꝗbit originē: in corpe aūt nō est originale vt infra patebit qz corp⁹ nō est susceptibile pcti z culpe: g̃ ñ ꝗbit a corpore: ergo necesse ē q̃ ab aia parētis: g̃ ex traduce est ab aia parētis. Itē phs dicit q̃ aia est in semie sic artifex in artificiato: g̃ videt q̃ ibi sit seminata: g̃ ex traduce. Itē dicit q̃ embria viuūt vita plāte: non aūt viuūt nisi ꝑ aias: g̃ habēt aiam: z nō nisi seminata: g̃ aia est ex traduce. Sed ꝗ aia est act⁹ phici corporis in potētia vitā hñtis: z ꝑ nō cōuenit tñ aie rōnali: sed z vegetabili: vt dicit phs z sensibili: g̃ nō est in semine nec pōt eē. Solo dōm q̃ fm catholicā fidē z fm phos nulla ania est ex traduce nec plāte nec bruti neq̃ hoīs z ꝑ errorē scientie naturalis inducere sunt opiniōes ꝗrariē: dicūt eiūs q̃dā q̃ materia spūalis descindit cū semie ex q̃ fiūt aia bruti z vegetabilis: z hoc nūq̃ aliq̃s phs sensit: sic ptz in libris eorū ō aia lib. xvj. z. xvij. Auicē. de aialib⁹ q̃ exponit Ari. vba oīno ꝑ aliū modū: z siliter Auerro. in lib. quodā de virtute formatiua. Dōm g̃ ad primū q̃ totū ponit ꝑ ptē: qz corp⁹ existit de femore. Ad aliud dōm q̃ aia cōtrahit originale a carne: z iō nō valet: nō est in carne: ergo nō cōtrahit a carne: sic si dicat: liq̃factio z calefactio nō sunt ī sole ergo nō ꝗtrahūt ex ipo: hec eiūs rō nō tenet nisi in agētib⁹ vniuoce z nō in agētib⁹ equoce. Posset tñ dici q̃ est in carne sic in cā: z nō sic in subiecto. Ad aliud dōm q̃ Ari. seipm explanat in. xvij. z Auicē. z Auerro. exponūt q̃ virt⁹ aie dī ibi aia: z hec est virt⁹ informatiua q̃ dat semini a virtute genitaliū cōplete/dispositiue etiā a corde z epate z cerebro z materialr a toto corpe: z hec vocat aia ꝓ actū aie. Si dicis q̃ virt⁹ nō est sine subiecto: z iō si ē ibi virt⁹ ibi est subiectū: dico q̃ argumentū pueniet ex malo intellectu naturaliū: qz virt⁹ aie est duplex. s. effectiua siue ekflux ab aia in corp⁹: z h⁹ subiectū in semie spūs corpalr semis est q̃ initiat triplici calori: vt dicit Ari. s. elemētri q̃ dirigēs ē z scōs celi q̃ est motiu⁹ ad suba z spēm: z tertiu⁹ aie q̃ est cōplexiōatiu⁹ z formatiu⁹ organoꝝ z hec virt⁹ hñ est sine subiecto: est tñ alia virt⁹ aie ꝑs: z hec nō pōt eē sine subiecto. Ad aliud dōm q̃ semē dicit viuere sicut ouū vēti dicit viuere phs in eodē lib. z hoc est ab actu nutrimēti z potētia: qz semē assilr filio egrediēti de domo pīis q̃ ꝑ tē sube secū portat: z illā negociādo mltiplicat: ita semen ꝑ tē sube ex q̃ fiūt radicalia secū adducit z partē aliūde attrahit ex semie mris vel sanguine mēstruo: z illō nutrimētū est ad formationē organoꝝ: z iō eq̃ uocū est ad nutrimētū aie vegetabilr: qualir aūt nulla aia sit ex traduce z nulla in semie alibi diligēr est ostēsum: ꝑ hec tñ satis ptz solo obiectoꝝ.

Argum. p

20

30

40

Solo

Ad primū

Ad secundū

Ad tertiū

Ad quartū

De primo hoīs statu ante peccatum scz qualis fuerit fm corpus z fm animā.

DI. XIX. de hoīs primo statu z ꝓprietate ꝓprietate ꝓprietate ad imortalitatē.

Solent queri plura de primo hoīs statu añ pctm. s. qualis fuerit hō primusq̃ peccaret: z in corpore z in aia: mortalis an imortalis: passibilis an impassibilis: De termino inferioris vite z de trāsitu ad superiorē: de mō ꝓpagationis

filioꝝ: ⁊ alia multa q̃ nõ inutiliter sciũt: licet aliqñ curiositate querant. Ut priusq̃ ad animi qualitatẽ ꝓtinentia ꝓsequamur de qualitate eiꝰ ꝓm corꝰ ⁊ mõ ꝓpagatiõis filiorũ: ⁊ de alijs q̃busdã inspiciamꝰ. Primꝰ ergo homo ꝓm naturã corꝑis terreni ⁊ ĩmortalis fuit q̃dãmõ ꝓm aliq̃d: qꝛ potuit nõ mori: ⁊ mortalis quodãmõ: qꝛ potuit mori. In illo nãq̃ ꝑmo statu habuit posse mori ⁊ nõ posse mori. Et hec fuit ꝑma hũani corꝑis ĩmortalitas. ſ. posse nõ mori. In secũdo vero statu post peccatũ habuit posse mori: ⁊ non posse nõ mori: qꝛ in hoc statu moriẽdi est necessitas. In tertio statu habebit posse nõ mori ⁊ nõ posse mori: qꝛ ad illũ statũ ꝓtinet moriẽdi impossibilitas q̃ ex gꝛa erit nõ ex natura. In primo statu fuit corꝰ hois aiale. i. egẽs alimonijs cibozũ. Qñ ⁊ hõ factus ꝛ̃ in animã viuẽtẽ nõ spũalẽ. i. in animã corꝰ sensificantẽ: q̃ adhuc erat aiale: nõ spũale q̃ egebat cibis: vt ꝑ animã viueret. Factꝰ est ergo in animã viuentẽ. i. vitã corꝑi dãtẽ: tũ ꝓ sustamẽta cibozũ: ⁊ tũc erat corꝰ mortale ⁊ ĩmortale: qꝛ potat mori ⁊ potat ñ mori. Post pctũ ꝛ̃o factũ ẽ mortuũ: sic dicit apls: Corꝰ ꝓpt pctũ mortuũ ẽ. i. necessitatẽ moriẽdi in se hꝫ. In resurrrectõe vero erit spũale. ſ. agile ⁊ cibis nõ egẽs: ⁊ ĩmmortale: nõ sicut in statu primo fuit. ſ. q̃ possit nõ mori: sed etiã q̃ nõ poterat mori. Qñ Augꝰ sup Geñ. Apls ait: Corꝑus quidẽ mortuũ est ꝓpter pctũ ⁊c. Primꝰ de limo terre formatũ est corꝰ animale nõ spũale cũ hoc quale resurgemꝰ. Renouabit eñ a vetustate nõ in corꝰ animale quale fuit: ſz in meliꝰ. i. spũale: cũ hoc mortale induet immortale in q̃ mutãdꝰ erat Adã: nisi mortem corꝑis animalis peccãdo meruisset. Non ait apls corꝰ mortale est ꝓpter pctũ ſz mortuũ. Illud eñ añ pctũ mortale ⁊ ĩmmortale erat: qꝛ poterat mori ⁊ nõ mori. Aliud autez est nõ posse mori: aliud posse nõ mori. Jõ factũ est ꝓ pctũ nõ mortale q̃ erat: ſz mortuũ q̃ nõ fieret nisi peccaret. Animale eñ nõ est hoc corꝰ sicut primi hois fuit: sed iam deterius est: habet eñ necessitatẽ moriẽdi. Ecce hic euidenter aperit Augꝰ q̃ corꝰ hois ante pctũ mortale ⁊ ĩmortale fuit: ſz nõ qualiter fiet in resurrectõe. De hoc eodẽ Beda super Geñ. ait: Nõ est credẽdũ ante peccatũ ita fuisse mortua corꝑora sicut modo. Ait eñ apls Corꝑus ꝓpter peccatũ mortuũ est: sed licet fuissent animalia nõdũ spiritualia: nõ tamẽ mortua: que. ſ. necesse esset mori.

Rom. 8.

Cor. 15.

Solent hic queri plura de primi hois statu ⁊c.] Hic determinat quasdã cõsequẽtes q̃stiões statũ vtriusq̃. ſ. Adã ⁊ Eue. Et sũt q̃stiones tres: Pria est de ĩmortalitate eorũ ꝓm differẽtiã ad illã quã habebimus in pria post resurrectionẽ. Secũda vtrũ illa ĩmortalitas fuerit a natura vel a gꝛa ibi [Soleat queri hic cũ facꝰ] Tertia vtrũ habuit ĩmortalitatẽ a ligno vite ibi [Sz ad huc queriꝝ si nõ ⁊c] Ex his in sequenti disputatione patet sentẽtia. A

Utꝝ hõ ꝓm animã sit ĩmortalis. Arti. I

Circa primũ incidũt due q̃stiões q̃ ambe alibi diligenter tractate sunt. Est autẽ prima vtrũ homo ꝓm aiam sit ĩmortalis. Scõa vtrũ ꝑmus hõ in corꝑe poterat esse ĩmortalis. Ad primũ ꝓcedit sic: Uidet q̃ ania moriat cũ corꝑore: qꝛ dicit Salomõ vnꝰ est interitꝰ boim ⁊ iumẽtoꝝ. Item Sap. 2. Nõ est agnitus qui reuersus est ab inferis. Arguit ꝓ q̃ nõ. 20

Itẽ ꝓ rõnes phicas sic: Quecũq̃ diffiniunt ad se inuicẽ diffinitiõe eẽntiali/ neutꝝ eoꝝ põt eẽ sine alio corꝰ ⁊ anima diffiniunt adseinuicẽ diffinitiõe eẽntiali: ergo neutrũ eoꝝ põt esse sine alio: prima patz ꝓ se: secũda ꝓbat ꝓ diffinitionẽ q̃ aia est actꝰ corꝑoris phici potẽtia vitã habẽtis: ⁊ q̃ sit essentialis: ptz q̃a aia alit ꝓ accidẽs vnirek corꝑori: ⁊ sic nõ fieret vnum subaliter de corꝑe ⁊ aia q̃ falsum est. Item nulla forma habet esse nisi in subiecto ⁊ in materia: aia est forma: vt dicit phs: ergo nõ habet esse nisi in subiecto ⁊ materia: ergo nõ existẽte corꝑore nõ est aia. Itẽ dupl'r ꝓm phm est aliq̃d corꝑale. ſ. qꝛ est ex cõtrarijs vel qꝛ delatũ ꝓ eẽ est sup cõpositũ ex cõtrarijs siue cõiunctũ illi eẽntialit: ⁊ illa corrũpunt ꝓ accidẽs: tania aũt sic delata vel cõiũcta est sup cõpositũ ex ꝛtrarijs ergo est corꝑalis. Sed cõtra obijciũt mgri rõibꝫ ꝓ habilibꝫ sumẽtes auctoꝛitates phi oĩno ꝓbatas: ſz intellectꝰ nullꝰ corꝑoris est actꝰ ergo nõ corrũpunt corruptiõe alicuꝰ corꝑoris. Itẽ aia se hꝫ ad corꝰ sicut nauta ad nauẽ: nauta aũt sepabilis est: q̃ intellectꝰ ⁊ aia. Itẽ obijciũt ex q̃busdã cõueniẽtijs sic: qm̃ vbi est inuenire extrema necesse est esse mediũ: ſz inuenimꝰ subam spũalẽ incorruptibilẽ nõ cõiũctam corꝑi: vt angelos ⁊ subam spũalẽ corruptibilẽ cõiũctã corꝑi vt aia sensibilis ⁊ vegetabil': q̃ erit suba media. ſ. suba spũalis incorruptibil' cõiuncta corꝑori: ⁊ hec nõ põt eẽ corruptibil': qꝛ si sit corruptibil' aut est corruptibil' ꝓ se aut ꝓ accẽs: nõ ꝓ se: qꝛ nihil est corrũptibile ꝓ se nisi cõpositũ ex cõtrarijs q̃ nõ põt cõuenire sube spũali: qꝛ nihil est cõpositũ ex cõtrarijs nisi corruptibile. per accẽs autẽ nõ pt esse corruptibil' cũ sit ꝛiũcta corruptibili ꝓ se: ergo remanet vnũ mediũ ſz suba spũalis incorruptibilis cõiũcta corꝑi: ⁊ alia sil'ia bis multa posui alibi. Una est rõ Auicẽ. q̃ melior est oĩbꝫ alijs: dubiũ eñ est q̃d alij q̃ ꝓbiam sequũt rñderẽt ad tales ꝓnes si ꝓnerent eis. Rõ autẽ Auicẽ. phica est: ⁊ hec est: Si aia corrũpit corrupto corꝑe/ aut corrũpit ꝓ se aut ꝓ accidẽs. Si ꝓ se cũ ꝓm phiam nihil corrũpat ꝓ se nihil q̃ hꝫ potẽtiã ex conpositiõe cõtrariorꝝ ad nõ esse: oportet aiam siml' hẽ actũ existẽdi vt nũc: ⁊ potẽtiã nõ existẽdi/ aut ꝓm idẽ aut ꝓm diuersa. nõ ꝓm idẽ qm̃ nũq̃ idẽ est principiũ corruptiõis ⁊ principiũ existẽtie: qꝛ existẽtia est a forma ⁊ principiũ corruptiõis est cõpositio ex ꝛ̃rijs: ergo habebit hoc a diuersis: q̃ hꝫ in se cõpositũ ex contrarijs. ſ. calido frigido/ humido sicco ⁊ formã: q̃ est

In ꝛtrariũ sunt rõnes prima. 2a

3a

Rõ Auicẽne fortior

Nõ corrũpitur ꝓ se.

corp⁹ vel armonia corporis: ⁊ vtrūq; hoꝝ impro-
bātū est a pbo in primo de aia. Si aūt corrūpit̄ p acci-
dens boc nō pōt esse: nisi qꝛ fm esse depēdet a corpe.
Aut igit̄ depēdet ab eo tanq̄ ab eo qō est simul fm na-
turā ⁊ esse: aut tāq̄ a priori: aut tāq̄ a posteriori. Si
tanq̄ ab eo qō est simul tūc oporteret q̄ essent relati-
ua ad invicē: qꝛ sola illa p intellectū sunt simul: oia au-
tē correlatiua sunt opposita ex q̄bꝫ nūq̄ fit vnū: g̃ ex
corpe ⁊ aia nūq̄ fiet vnū. Si tāq̄ ex priori aut sic ex
pori tempore: aut sicut ex pori causo. Si primo ergo
mō ania rōalis erit in materia sic in potētia: oīs aūt
talis forma educit de materia ⁊ est act⁹ ipsi⁹: ⁊ nō hz
opatōz nisi in materia: g̃ aia rōnalis est act⁹ corpis:
⁊ nō hz opationē nisi in corpe qō sup̄ ip̄probatū est/cū
ei⁹ principalis operatio nō pficiat nisi abstrahēdo a
corpe ⁊ appēditijs marie sic ē itelligere. Si aūt de-
pēdet sicut ex priori cā: boc nō pt cē sicut ex materia:
qm̄ iam ꝶ improbatū est: sic ex efficiēti vl' formali vel
finali: ⁊ vnūqōqz illoꝝ p se prz eē falsum: qm̄ in cau-
salitate efficiētis ⁊ forme ⁊ finis magis se hz ania ad
corp⁹ q̄ ecōuerso.: Preterea efficiēs ⁊ materia non
coincidūt in idē ⁊ corp⁹ vt pbatū est p oēs pbos ē ma-
teria aīe: g̃ nō est efficiēs cā vel finis. Si aūt depēdet
ab eo tanq̄ ex posteriori. Cōtra pri⁹ pōt eē sine poste-
riori: g̃ aia pōt eē sine corpe. scias aūt q̄ hec dispō de
pender ex dualb alijs: quarū vna est q̄ aia sit suba ⁊
alia q̄ nō sit virt⁹ corporea q̄ diuidat̄ diuiso corpe: ⁊
oēs iste rōnes cū q̄nibꝫ p̄ambulis fm ordinē phicū
alibi posite sunt. Solo nō est dubitandū dn̄ ania
sit īmortalis nec est q̄ dubitat nisi diligēs vitā pecu-
dū. Ad primū igit̄ dōm q̄ Salomō loquit̄ ibi mo
re cōcionātis: sed nō more asserētis: vñ ⁊ alia multa
stulta ibidē colligēdo dicit. Ad aliud dōm q̄ illud
dixerūt impij errātes qui non iudicāt honorē aīarū
scētū. Ad aliud dōm q̄ aia est endelechia corpis
phici: sed nō ex boc sequit̄ q̄ nō sit separabilis: sz po-
tius q̄ subalē depēdentiā habeat: qꝛ nō est pfecta: sic
cut oēs opatiōes exercēs in corpore sed quasdā: ⁊ iō
pbat̄ esse separabilis. Ad aliud dōm q̄ si esset con
iūcta corpe sicut forma educta de illo q̄ oēs opatiōes
suas expler in illo: tūc pcederet argumētum: sz sic nō
est: ⁊ iō nō valet: ⁊ iō etiā aia sensibilis ⁊ vegetabilis
in brutis ⁊ plātis corruptibiles sūt: ⁊ nō sunt ad ima
ginē dei: sed aia rōalis īmortalis est ad imaginē dei
vñ sup illud: In imagine pterāsit hō: dicit glo. aīma
īmortalis facta est ne a sui creatoris imagine discre-
pare videret. nō cm̄ cēt imago si mortis termio clau
deret: ⁊ Brego. in dyal'. Nō sicut in medio creatus
est ut a cōicat cū natura supiori ⁊ inferiori īmortal' spi
ritu cū angelo mortal' ⁊ corruptibil' corpe cū iuñto.

Nō p acci-
dens.
Aia nō de-
pēdet a cor-
pore.
Nō ē a cor-
pore tanq̄
ab eo q̄ ē si
mul.
Nō tanq̄ a
priori.
Nō priori
tate ēpis.
Nō priori-
tate cause.
Nō depen-
det a corpo
re tanq̄ ex
posteriori.
Solo
Ad primū.
Ad secūdū.
Ad tertiū ⁊
quartū.
Ad quintū

Arti. II B

Utrū primo hō in corpe immortalis eē potuerit: ⁊ vtrū adā in primo statu animā acce pisset passibilē vel corp⁹ passibile.

Arguit̄ po

Secūdo q̄rit̄ vtr hō īmortalis eē potuerit fm
corp⁹ in primo statu. Et videt̄ q̄ sic: qꝛ pena
nō pcedit culpā: mors aūt maxima pena ē: ⁊
g̃ añ pctm̄ hoīs accedere nō potuit: g̃ añ pctm̄ homo
immortalis fuit. Itē Sap. 1. Deꝰ mortē nō fecit: sz
impij mānibꝫ ac vbis accesserūt illā: g̃ videt̄ q̄ nūq̄
fuisset mors acq̄sita nisi vbis ⁊ manibꝫ impioꝝ ser-
pentis. s. loquētis ⁊ eue man⁹ extēdētis: ergo añ im
pietatē illā homo fuit īmortalis. Itē boc fm iusti-
cia dei esset animā remanere semp sub regēre se p obe
dientiā ⁊ pmanere corp⁹ sub regimine suo ad impiū
suū: ergo nūq̄ fuisset corp⁹ separatū ab aia: sed ipsa
sub dei obedētia semp pmānisset si nō peccassz: g̃ cor
pus p mortē nūq̄ fuisset dissolutū. Itē dicit Jlid.
q̄ si homo nō peccasset nec ignis cōbureret nec spina
pūgeret nec gladi⁹ secaret: g̃ videt̄ q̄ vere īmortalis
fuisset: ⁊ hoc idē dz in lra ⁊ ab Aug. habet̄ vt patet.

20
30
40

Sed cōtra hō habuit in primo statu corp⁹ cōpo-
situ ex ꝛrijs: ergo pugna erat in corpe suo: g̃ corpus
poterat infirmari ⁊ dissolui cōpositū. Itē oē cōpo
situ ex grauibꝫ ⁊ leuibꝫ cōponit̄ ex his quoꝝ motus
fm locū sunt ꝛrij: hec aūt q̄nq̄ separabunt̄ ⁊ distabūt:
vt dicit pbs in. iij. de ce. ⁊ mū. ergo videt̄ q̄ hō cum
sic esset in p̄mo statu cōposit⁹ esset corruptibil'. Itē
molle corpus habuit: g̃ secabile ⁊ diuisibile. Item
pbs dicit q̄ oē gñatū corrūpet̄ tpe determinato: cor
pus ade erat q̄ dā sil' gñato: ergo corruptū fuisset
tpe determinato. sed qꝛ hi rōes nihil valēt eo q̄ phi
de hoc statu nature nūq̄ aliq̄d cognouissent. Que
ratur vlterius si aīam in primo statu accepit passibi
lē vel corp⁹ passibile: Videt̄ q̄ nō: qꝛ aia nō ꝓprie pa
titur nisi ex corpis passiōe: ergo videt̄ si cū corp⁹ pati
nō potuit q̄ nec aia cōpati. Sed cōtra cognoscere
potuit: nō aūt cognoscit nisi p receptionē cogniti ⁊ re
cipere est q̄ dā pati: ergo animā habuit passibilem.

In oppo-
rū argui⁹
20
30
40
Questio
la prima
Arguit̄ p
q̄ non
Arguit̄ 2
q̄ sic primo
20
30
Solo
⁊ sunt pol
chre distin
ctiōes.

Itē appetere potuit ⁊ appetit⁹ nō fit nisi aliq̄d pa
tiēte potētia appetitiua g̃ potuit pati. Itē ꝛria nata
sūt fieri circa idē ⁊ gaudere potuit: g̃ ⁊ tristari: g̃ sen-
tire penā: qꝛ tristicia est de sensu pene. Solo disputa
tio ista per has rōnes nihil valet: videt̄ mihi q̄ cū
querit̄ vtrū homo mortalis vel īmortalis fuerit in p̄
mo statu distinguēdū esse: cū igit̄ dicit̄ īmortalis po
test fieri priuatio actus mortis: ⁊ sic cōcedit̄ ab oibꝫ
q̄ erat īmortalis manēte in primo statu. potest autē
fieri priuatio potētie moriēdi: ⁊ ꝶ adhuc dupl'r. s. po
tētie disposite ad modū p habitū īmortalitatis: ⁊ ad
huc cōcedit̄ q̄ erat īmortalis quoniā nō habebat hu
iusmodi potētiā ad moriēdū: sed pori⁹ dispositōz cōtra
riā morti vel pōt priuare potētiā solā q̄ materia
lis dicit: ⁊ tm̄ est in materialibꝫ ⁊ naturalibꝫ princi
pijs: ⁊ hoc mō nō videt̄ fuisse īmortalis: sed potius
mortalis: qm̄ potētiā materialē ⁊ naturalē habuit
moriēdi: licet esset ligata p ꝛrariū habitū: ⁊ est sicut
potētia aperiēdi in ostio volubili q̄dē in cardine: sed
clauso firmissimo repagulo ne aperiat̄: de hoc infini
te possunt adduci auctoritates. Ex. 36. 92. 11. super
Ben. de princi. lib. de bono cōiugali. Ad rōnes er
go que vident̄ probare q̄ fuerit corruptibil' ⁊ mor-
talis: dōm primo q̄ phi de hac īmortalitate nihil co
gnouerūt nec aliquid locuti sunt: deinde potest dici
q̄ tenēt ille rōnes quo ad naturalia principia Ad:
sed illa exire in actū moriēdi nō poterāt eo q̄ erāt li-
gata habitu īmortalitatis p gratiā vt infra patebit.

Ad rōnes q̄
probant q̄
fuit mortal

Ad id qō vlterius querit̄ vtrū fuit passibilis: di-
cendū q̄ de passibilitate anime disputatū est in. iij. in
tractatu de passiōe anime cbristi tm̄: tamē potest hic
dici q̄ pati dicitur a grece patin: quod est recipere la
tine: ⁊ sic passibilis fuit ⁊ in corpore ⁊ ī anima: quia
in anima recepit spēs: ⁊ in corpore cibū: dicit̄ etiā pa
ti a cōtrario afficiēte passum ⁊ trāsmutāte: ⁊ sic non
potuit pati nec in anima propter habitū gratie pri-
mi status qui cōtrarius erat huic passioni nec pmi-
sit eā cadere in eū: dicitur etiā pati a cōrrario alterā-
te ⁊ abijciente a suba: ⁊ sic nullo mō erat passibil' nec
in corpe nec in aia. Ad id aūt qō obijcit̄ q̄ cōtraria

Ad ēstitū
lā primā ar
ad duo ob
iecta.

Ad 3m

nata sunt fieri circa idem dōm q̄ nō valet. si enim alterū inest p̄ naturā vt igni caliditas tūc nō tenet. Iterū si alterū inest p̄ cōfirmationē iterū nō tenet: q̄ beatis inest letitia/ & nō pōt inesse tristitia: & damnatis tristitia & nō pōt inesse eis letitia. ita Ade p̄ experimentū infuit bonū & gaudiū. & malū & cōtristans non potuit inesse nisi pri⁹ peccaret. p̄ter habitū innocentie se cōseruantē ab oi ꝓtristāte & lesiuo rū de impassibilitate pōt fieri tal' distinctō q̄lis hīta ē i immortalitate.

Arti. III. L

Utrū vna & eadē erit immortalitas resurrectiōis cū illa que fuit in primo statu.

D Einde queritur de hoc q̄ dicit [In tertio statu habebit posse nō mori & ñ posse mori &c. s. a.

Arguit pō q̄ sic

Et queritur hic vtr̄ vna & eadē immortalitas sit resurrectiōis & primi stat⁹. & videt q̄ sic: q̄ vni⁹ potentie vn⁹ est act⁹ & cōplementū: sed potētia immortalitatis est vna in homie & nō due: ergo videt q̄ act⁹ est vnus. cū igit illa et ista immortalitas sint act⁹ illius potentie/ videt q̄ ille immortalitates sint vna.

20 Itē Aug⁹ de vera religione dicit q̄ p̄ xp̄m recuperauim⁹ q̄ p̄didim⁹ in Adam: sz i adam p̄didim⁹ immortalitatē primi stat⁹: ḡ p̄ xp̄m recuperauim⁹ immortalitatē tertij stat⁹: ḡ immortalitas p̄mi stat⁹ & tertij sunt vna. Itē immortalitas dicit potentiā naturalē resistendi morti/ sicut mortalitas dicit impotētiā naturalē: ois aūt potentia natural' est a victoria forme sup materiā: cū igit vna forma sit vt esse vna immortalitas.

In Ꝓtis pō

20 Sz cōtra illa primi stat⁹ erat cibis sustentanda illa q̄ est resurrectiōis nō eget cibis: ḡ non est vna immortalitas. Itē nō habēt vnā rōnem posse nō currere & nō posse currere: ḡ nō habēt vnā rōnem posse nō mori/ & nō posse mori. immortalitas p̄mi status erit nō posse nō mori: ḡ nō sūt eiusdē rōis.

Solutio

Solutio dōm q̄ immortalitas in hoīe sequit statū li. ar. sīē ois dispositio corpis hoīs fm ordinē iusticie diuine exit a libero arbitrio: & iō q̄ lib. ar. homis fuit posse peccare & posse nō peccare tūc stat⁹ corpis fuit posse mori & posse nō mori: & sicut vna potentia in dispositā est aīe q̄ pōt peccare & q̄ pōt nō peccare: ita vna potētia in dispositā corpis erat q̄ poterat mori & nō mori/ sed in primo statu li. ar. nō erat dispositū ad peccatū/ sz erat dispositū gēa innocētie & voluntate conditiōis p̄me ad nō peccandū/ sz nō erat in illo cōfirmatū. Itē in prio statu nō erat dispositio potētie moriendi/ sz erat dispō ad nō moriendū sz nō cōfirmatō

lium vel per exheredationē filij. Ad aliud dicēdū q̄ pena respōdet originali: qz nascit p̄dicta de causa: et hoc ideo qz tota natura in Adā corrupta fuit: vt infra patebit: ⁊ ex corrupto nō ꝓcedit nisi corruptū/⁊ corrupto nō potest aliquid vniri: qd̄ nō ꝓtrahat aliquid corruptōis. Ad hoc aūt qd̄ obijcit secūda via dicendū q̄ verbū Augu. ⁊ phi verū est de vniuersaliter agēte: qz id nullo mō patit ab eo in qd̄ agit: vnde phus dicit de intellectu vniuersaliter agēte ⁊ Aug. de deo: sed in agentibus per cōtactū corporalem vel spiritualē passum etiā aliq̄d agit in agēs. vnde dicit phus q̄ agēs phice patit: ⁊ cōmētator sup li. de aia. dicit q̄ corp⁹ agit in animā ⁊ infert ei qualdā passiones sic ⁊ ecōuerso: vt patet in somno ⁊ vigilia ⁊ alijs quibusdā: ⁊ hoc modo possum dicere q̄ licet aīa sit nobilior patit tamē a corpore cui vnit. Ad aliud dicendū q̄ hec est falsa q̄ agēs imprimat suā spēm in patiēte nisi de agēte vniuoce: non autē agūt vniuoce nisi quādo agētis ⁊ patiētis est materia vna qd̄ non est in corpore ⁊ aīa: ⁊ ideo illa obiectio nō ꝓcedit ⁊ est simile q̄ sol calefacit ⁊ exiccat nec est sic⁹ nec calid⁹. Si autē vellem⁹ possem⁹ aliter dicere q̄ species illius pene in anima impssa culpa est: qz qd̄ nō est culpa ī corpore nō impedit aliquid nisi natura subiecti: qz subiectū culpe esse nō potest. cū igit ꝓprū subiectū habet accipit culpe rationē. Ad aliud dicēdū q̄ si intelligit sic nihil dat qd̄ nō habet cōtētiue p̄ substātiā ei cui⁹ substantiā in se continet falsa est ꝓpositio in oibus causis que virtute habēt causatū: ⁊ nō p̄ substantiā tamē dāt ipm: ⁊ ita caro habet culpā. si autē ita intelligat q̄ nihil dat, id qd̄ nullo mō habet tunc vera est ꝓpositio ⁊ nō valet ad ꝓpositū: qz caro aliquo modo habet culpā. Ad id qd̄ obijcit fm tertiā viā dicendū q̄ anima nō accipit peccatū ab anima nisi sicut a causa prima inficiēte carnē: sz accipit a carne sicut ab agēte proximo: nō qz sit ex traduce: sed qz non causat ex carne ⁊ vniōe ad carnē. Ad aliud dicēdū q̄ anima spūaliter vnit corpori primo: qz ipsa p̄ substantiā est perfectio corporis ⁊ quedā potētie p̄ conse quēs sunt perfectiōes partiū ⁊ quedā non tamē oēs fluūt ab anima substātialiter vnita carni: ⁊ ideo infectionē substātie omnes cōtrahūt. Ad aliud dicēdū qd̄ in littera habet q̄ istud peccatū est voluntariū in prima causa sui hoc est in Adā que vocat volūtas separata a magistris: sed nō est volūtariū volūtate cōiūcta. ⁊ nō est dōm q̄ anima velit incorporari volūtate nature: qz falsum est qz animā prius oportet eē anteqū velit ⁊ ipsa nunq̄ est nisi incorporata. Si autē dicat volūtas naturalis appetit⁹ materie qd̄ dicitur a quibusdā in oibus formis illud nihil est: qz illud fm phm nō est verū: licet eīm materia desideret formā: vt femina masculū ⁊ turpe bonū tū nō cōcedit ur a phis q̄ forma desideret materiā cum ipsa sit diuinū ⁊ optimū nō desiderās: sed desiderātū ⁊ in materia subiacet variatiōi ⁊ corruptiōi que nihil appetere potest. P̄ dato tali appetitu tūc nō alit vult anima bois incorporari q̄ forma lapidis eē in terra cōmixta minerali: ⁊ hoc absurdū est q̄ disputet in hac materia de tali volūtate cū querit de peccati voluntate. Ad aliud dicendū q̄ adā vt principiū materiale hominū peccauit: sed sic satisfacere nō potuit vt p̄batū est sup tertiū: ⁊ ideo nō satisfecim⁹ eo satisfaciēte. Ad id qd̄ obijcit fm quartā viā dicēdū q̄ creat animā mundā. i. q̄ ex creatōe nō habet īmunditā: sz

Ad quartū

Pro secūda via ad pm

Ad secūdū.

Ad tertiū ⁊ quartū.

Alia solo ad idē.

Pro tertia via ad pm

Ad secūdū.

Ad quartū

Pro q̄rta via ad pm.

Horati⁹. Sincerp nisi vas qd'cũqz infundis accescit

potius in infusiõe accipit nõ ex creatiõe: sed ex vniõe ad id cui infundit / sicut vinũ in cõtactu vasis ĩmũdi qd in manib⁹ dãtis est mũdũ vt magister dicit ĩ sequẽti di. ⁊ ideo nõ sequerek si creãdo fecit eã mũdã q ipsa sit mũda: quia ex alio in eodẽ momẽto ĩmũdak.

Ad secũdũ. Ad aliud dicendũ q malicia reducit in feditatem carnis in qua creak sicut ad causam antecedẽtẽ.

Ad tertiũ. Ad aliud dicẽdũ q malũ admit bonũ qd precedit natura vel tempore vel vtroqz modo tempore ⁊ natura in peccato actuali: sed natura tm in peccato originali.

Ad quartũ Ad obiectũ Juliani iã patet solutio: qz rima p quã descendit cõcupiscẽtia est habitualiter tracta in semine. Unde Augu. arguẽs eũ dicit q ipse impudic⁹ cõcupiscẽtie pdicator de cõcupiscẽtia mentionẽ non facit que si a ꝓpositione posset remoueri originale nullum esset: ⁊ hoc intelligẽdũ est de cõcupiscẽtia que substãtia material originalis est peccati: vt patebit in alia questiõe quãdo querek qd sit originale fm materiã ⁊ formã.

Ad quintũ Ad aliud dicendũ q si peccatũ esset irremediabile tũc teneret obiectio: sed remediabile est p gratiã mediatoris vel dicak q ꝓpter defectũ in quẽ incidit ex parte hois instituto matrimonio ⁊ cursus nature in ꝓceptu nõ debuit impedirit tamẽ prima solutio verior est.

Ad sextũ. Adultimũ dicẽdũ q bonũ plis non impedit eo q peccatũ habet remediũ: ⁊ pterea de natura intrẽtio dei est multiplicatio nature ⁊ impedimẽtũ qnqz est ab actu hois: ⁊ illen̄ pt ipedire diuinũ.

Qd originale peccatũ sit culpa auctoritatibus probat.

Sed q originale peccatũ culpa sit: pluribus sanctorũ testimonijs edocek. Sup Exo. vbi

Exo. 13. dicit. Primogenitũ asini mutabis oue Grego. ait: omnes in peccatis nati sum⁹ ⁊ ex carnis delectatiõe cõcepti culpã originalem nobiscũ traxim⁹: vnde ⁊ volũtate nostra peccatis implicamur. Ecce culpã originalem dixit nos trahere. Unde cõstat originale peccatũ culpã eẽ. Aug⁹ quoqz in lib. de natura ⁊ gra

Rom. 5. tia de hoc eodẽ sic ait: Omnes (vt ait apl's) peccauerũt: vtiqz vel in seipsis vel in Adam qz sine pctõ nõ sunt: vl' qd originalit cõtraxerunt: vel qd malis moribꝰ addiderũt. Pctm̃ em̃ primi hois nõ solũ ipm: sed oẽ nec auit genus humanũ: qz ex eo dãnationẽ simul ⁊ culpã suscepim⁹. Idẽ sup psal. l. Qd de corpore mortuo seminak cũ vinculo peccati original nascit ⁊ mortis. Ideo igit se in iniquitatibus cõceptũ dicit Dauid: qz in oibus trahit iniqtas ex adã ⁊ vinculũ mortis. Nemo em̃ nascitur nisi trahẽs penã ⁊ meritũ pene. Meritu3 autẽ pene pctm̃ est. Omis ergo qui nascit per carnis cõcupiscẽtiã pctm̃ trahit. Pctm̃ itaqz originale culpa est quã oẽs ꝓcupiscẽtialiter cõcepti trahũt. Ut̃ in eccl. dogmatibus scriptũ est: Firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites omnẽ hoiem q p cõcubitũ viri ⁊ mulieris cõcipit cũ originali pctõ nasci: impietati subditũ mortiqz subiectũ ⁊ ob hoc natura ire nasci filiũ a qua nullus liberak nisi p fidẽ mediatoris dei ⁊ hoim. His ⁊ alijs auctoritatib⁹ euidẽter ostdit pctm̃ originale culpã eẽ: ⁊ ĩ oib⁹ cõcupiscẽtialr genitis trahi a parẽtib⁹.

An originale peccatũ sit culpa.

Deinde querit de hoc qd dicit ibi [Sed q originale peccatũ culpa sit ⁊c. Videk em̃ originale pctm̃ nõ esse in genere culpe: qz inuolũtariũ etiã in actu nõ habet culpã sed ignoscẽtiã ⁊ misericordiã vt dicit phs: ergo multominus inuolũtariũ in quo nihil agit ille q subiacet ei: tale autẽ est originale: ergo videk q ipm nõ sit in culpa. Jrẽ Aug. dicit q nemo peccat in hoc qd vitari nullo mõ potest sed paruuli nll'o mõ vitare pñt originale viciũ: ergo nõ peccãt. Solo dõm q peccatũ originale est peccatũ nature vt habitũ est: ⁊ qz illa iustitia obligat vt dicit Ansel. qz si stetisset originalẽ iusticiaz ꝓfudisset in filios sicut ꝓfudit postea iniusticiã qd qualiter fiat intelligẽde sunt alie due vie pter illã q habita ẽin pcedẽti qstiõe: quaꝝ vna est magistralis: s. q natura corrupta generat ⁊ nõ intrẽdit gñare corp⁹ tm̃ sz cõpositũ: ⁊ iõ licet aia nõ educak de materia: tm̃ op⁹ nature attingit aiam p intẽtionẽ inquãtũ etiã in semine operak aia Qd aũt ab ope corrupto attingit illd maculak: ⁊ iõ aia inquãtũ est forma q est finis act⁹ gñatiõis nature corrupte in quo desciit act⁹ gñantis necessario corrũpit: ⁊ iõ in oib⁹ alijs bñt isti cundẽ ordinẽ respõsionis ad obiecta q pri⁹ est habit⁹. Alia via soluẽdi est cuiusdã dñi ebdoms epi cameracen. q ponit q natura ds participari psona in agẽdo in corpore: sequit em̃ si hic homo peccat q hõ peccat: ⁊ si homo pctõ corrũpit q homo pctõ corrũpit / eo q natura cõis fm esse nõ est nisi in isto pcipue in adã añqz deriuarek in alios: ergo in ipo natura tota ⁊ ois corrupta fuit. Sed vl'i respõdet particulare: ergo nature corrupte in cõi oportet respõdere qlibet particulare corruptũ p actũ generatõis ex illo ĩ quo ipa corrupta est: ⁊ hoc redit in idẽ cuz via phabita: licet sint alia verba: ⁊ postea est iterũ idẽ mod⁹ soluẽdi. Ad id ergo qd primo hic obijck / dõm q inuolũtaria est culpa illa ⁊ tenet dictũ phi in actu psone: ⁊ nõ in culpa nature. Ad aliud dõm q vitare potuit natura in adã: licet nõ in isto: ⁊ alia rõ est: qz de naturali Augu. nõ intelligit: sed in illo cui nos causa sum⁹.

Arti. II. B. Arguit q sic.

20

Solo principal.

Nota vias duas vna magistral.

Alia via

Ad primũ

Ad secũdũ

Quid sit qd dicit pctm̃ originale. s. fomes pcti. i. cõcupiscẽtia.

Nũc supest videre qd sit ipm originale peccatũ ⁊ qd cũ nõ sit actuale: nõ est act⁹ siue motus anime vel corporis. Si em̃ act⁹ est aie vel corpis actuale: vtiqz pctm̃ est: sed actuale nõ est gnõ ẽ act⁹ vl' mot⁹. Quid g originale peccatũ dz fomes pcti. s. cõcupiscẽtia vel cõcupiscibilitas: q dz lex mẽbrorꝝ siue lãguor nature: siue tyrãn⁹ q est in mẽbris nostris: siue lex carnis. vñ Aug⁹ in li. de baptismo paruulorꝝ Est in nobis cõcupiscẽtia q nõ est pmittenda regnare. Sũt ⁊ ei⁹ desideria q sunt actuales cõcupiscẽtie q sunt arma diaboli: q veniũt ex

a

languore nature. Lãguor aũt iste tyrãn⁹ est q̃ mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyrãni atq; inermẽ inimicũ inuenire: nõ obedias cõcupiscẽtie male. His verbis satis ostẽdit fomitẽ peccati esse cõcupiscẽtiã.

Qd̃ noie cõcupiscẽtie intelligit fomes pcti ⁊ que dicit fomes.

Homine aũt cõcupiscẽtie nõ actũ cõcupiscẽdi: sed vitiũ primũ significauit: cũ eã dixit legẽ carnis. Vñ idẽ in tractatu de verbis apli ait: Semp pugna est in corpore mortis hui⁹: q̃ ipsa cõcupiscẽtia cũ q̃ nati sum⁹ finiri non põt q̃diu viuim⁹ quotidie minui põt: finiri nõ põt. Que aũt est cõcupiscẽtia cũ qua nati sum⁹? Vitiũ vtiq; est qd̃ paruulũ abilẽ cõcupiscere facit: adultũ etiã cõcupiscentẽ reddit. Sicut enim in oculo ceci in nocte vitiũ cecitatis est: ꝫ nõ apparet: nec discernit inter videntẽ ⁊ cecũ nisi luce veniẽte: sic in puero vitiũ esse nõ apparet donec etatis ꝓuectioris tẽp⁹ occurrat. Ex his dat intelligi q̃d sit originale pctũ. s. vitiũ cõcupiscẽtie qd̃ĩ oẽs cõcupiscẽtialiter natos p adã intrauit eosq; viciauit. Vñ Aug⁹. in li. de baptismo paruulorũ. Adã ꝑter imitatiõis exẽplũ: occulta etiã tabe carnalis cõcupiscẽtie sue tabificauit ĩ se oẽs de sua stirpe vẽturos. Vñ apls recte ait In quo oẽs peccauerunt: Circũspecte ⁊ sine ambiguitate dicit hoc apls. Siue enim intelligatur in quo hoie siue in quo pctõ sanũ est. In adã enim oẽs peccauerũt vt in materia: nõ solũ ei⁹ exẽplo vt dicunt pelagiani. Oẽs enim illi vn⁹ homo fuerãt. i. ĩ eo materialiter erãt Manifestũ est itaq; oẽs in adã peccasse: quasi in massa. Ipe enim p pctũ corrupt⁹: quos genuit oẽs nati sunt sub pctõ. Ex eo igit sic cuncti cõstituti sunt pctõres ita ⁊ in illo vno peccato qd̃ intrauit in mũdũ recte oẽs dicũt peccasse: q̃ sicut ab illo vno homine: sic ab eodẽ vno peccato ĩmunes esse nõ pũt: nisi ab eius reatu p xpi baptismũ absoluant. Alia ergo sunt ꝓpria pctã in q̃bus tũ peccant q̃ꝫ pctã sunt. Aliud hoc vnũ in q̃ oẽs peccauerunt. i. ex quo oẽs peccatores instituti sunt.

Quid sit peccatũ ĩ quo omnes peccauerũt. s. originale qd̃ ex inobedientia processit.

Hoc est originale pctũ quo pctõres nascunt oẽs cõcupiscẽtialit geniti: qd̃ ex adã siue ex ei⁹ inobedientia emanauit ⁊ in posteros demigrauit. Vñ apls cõsequẽter per inobedientiã vni⁹ hois: multos dicit cõstitutos eẽ peccatores: q̃ est actuale pctũ. Cũ aũt dixerit p vnũ hominẽ peccatũ intrasse mundũ ⁊ in eo omnes peccasse de originali dictũ esse oportet accipi.

Ex quo sensu dictũ est per inobedientiã vnius multi sunt constituti peccatores.

Qd̃ ergo ait p inobediẽtiã vni⁹ multi cõstituti sunt pctõres: eo sensu dictũ esse intelligendũ ẽ: q̃ ex inobediẽtia ade. s. ex pctõ actuali ade ꝓcessit originale pctũ q̃ oẽs pctõres nascunt: vt ⁊ in illo esset: ⁊ in oẽs trãsiret.

Qd̃ peccatũ originale in adã fuit ⁊ in nobis est.

Vñ Aug⁹ Juliano heretico nullum pctũ in paruulis esse cõtẽdẽti respõdẽs apte asserit pctũ originale ex volũtate ade ꝓcessisse: ac p ei⁹ inobedientiã in mũdũ intrasse. Querit enim iulian⁹ p q̃d pctũ inuenit in paruulo: ita inquiẽs: Nõ peccat iste q̃ nascit. Nõ peccat ille q̃ genuit. Nõ peccat ille q̃ cõdidit. Per quas igit rimas inter tot p̃sidia inocẽtie peccatũ fingis ingressum. Et respõdet sancta pagina. Per vnũ hoiem pctũ intrauit ĩ mũdũ p vnius inobedientiã ait apls: Quid q̃rit amplius: quid querit apti⁹? Itẽ inq̃t Julianus Si p hoiem pctũ intrauit ĩ mũdũ: pctũ vl ex volũtate ẽ vl ex natura ẽ. Si ex volũtate est mala volũtas est q̃ pctũ facit. Si aũt ex natura est mala est natura. Cui respõdeo ex volũtate pctũ est. Querit forte: Utrũ originale pctũ ex volũtate sit. Respondeo ꝓprius ⁊ originale pctũ ex volũtate esse: q̃ hoc ex voluntate primi hois seminatũ est vt in illo eẽt ⁊ in omnes trãsiret.

Utrũ originale sit cõcupiscẽtia vl fomes. Arti. III. £

Deinde querit de hoc qd̃ dicit ibi [Nũc superest inuestigare] Ibi enim videt inui ex verbis Augu. q̃ originale pctũ sit cõcupiscẽtia: ⁊ q̃ lõgũ ⁊ dispẽdiosum esset hic inducere multitudinẽ auctoritatũ q̃ sunt in glo. supra. v. vj. ⁊ vij. Ro. Sciẽdũ q̃ triplicit loq̃mur: quidã enim dicunt q̃ fomes est originale: quidã aũt q̃ fomes in tẽpus: quidã aũt q̃ cõcupiscẽtia: ⁊ videt totũ hoc falsum eẽ: q̃ fomes maneret post baptismũ: originale aũt non manet post baptismũ: ergo originale nõ est fomes. Itẽ intẽsum ⁊ remissum nõ variãt spẽm: fomes autẽ intẽsus est añ baptismũ ⁊ remissus post baptismũ; ergo sunt eiusdẽ spẽi: sed post pctũ remissus nõ est pctũ nec culpa: ergo nec intẽsus añ baptismũ. Itẽ cõcupiscẽtia q̃ est cõcupiscibilitas ĩ paruulo ⁊ adulto cõcupiscẽtia etiã manẽt in sanctis: originale aũt nõ manet in sanctis: ergo originale nõ est cõcupiscẽtia: ergo totũ videtur falsum qd̃ hic dĩ. P cũ nos iciderim⁹ ex peccato in ignorantiã sicut in ꝛcupiscẽtiã ⁊ infirmitatẽ sicut in

Arguit p̃o

20 30 40

So cōcupiscentiā: videl q̄ ignorātia ⁊ infirmitas ita debent esse originale pcm̄ sicut cōcupiscētia. Itē hugo de sancto vic. Originale peccatū est qd̄ nascēdo cōtrahim⁹ per ignorātiā in mēte: per cōcupiscētiā ī carne: ergo videl q̄ ignorātia ita sit originale peccatū sicut cōcupiscētia. Solo dōm q̄ hic multi multipliciter sunt locuti ita q̄ nullus cōcordet cū alio: ſz via facilior per quā possum⁹ exire est ista q̄ dicam⁹ q̄dā esse in originali peccato vt materialia: ⁊ quedā vt formalia: materiale in originale est feditas cōcupiscentie siue corruptio vicij de qua supra dictū est. Formale aūt in eo est carentia debite iusticie: natura eim̄ dat iusticiā in qua creata fuit: que cū habeat ꝓpria amiserat ab ea ī oīb⁹ eis in q̄bus exigit: vt dicit Ansel. ⁊ iō fm qd̄ pōt colligi ex verbis Ansel. in lib. de concepcu virginali diffiniri pōt sic: Originale peccatū est ꝓnitas ad oīne malū cū carētia debite iusticie: ⁊ hec diffinitio est quorundā antiquoꝝ doctoꝝ: sed ex verbis Ansel. extrahit: ⁊ q̄ dicit ꝓnitas ad omne malū est inclinatio ad cōseruationē in bonū cōmutabile ⁊ nō cōuersio in eo q̄ originale nō habet conuersionē nisi in potētia. dico aūt in potētia cōpleta per habitū corruptiōis vicij de qua supra dictū est: auersionem aūt habet in actu: ⁊ hec tāgit p̄ b̄ q̄ dicit carentia debite iusticie. Si eim̄ diceret iusticie tm̄ carentiā nō diceretur nisi rōne pene damni: sed qn̄ apponit debitū tūc ponit rō culpe: cui⁹ causa est iusticia deserta a natura fm hoc ergo possum⁹ dicere q̄ auctoritates loquūt de originali ex parte ei⁹ qd̄ est materiale ī ipso vel de materiali loquūtur fm q̄ substat formali: qr sic est originalis culpa vel peccatum. Ad id ergo qd̄ primo obijcit dicendū q̄ fomes in hac rōe nō manet post baptismū: sed in materia remota si ue forma: ⁊ hoc modo nō loquūt sancti: quādo dicūt q̄ fomes est originale qd̄ est intētio ī eodē actu fm rōnē: ⁊ hec est in eadē qualitate fm habitū: ⁊ nō variat spēm/ vt in albedine ad actū disgregādi: ⁊ hoc mō nō loquūtur sancti. Alio mō est intētio respectu alicui⁹ actus variati fm spēm/ sicut dicim⁹ angelū meli⁹ intrelligere q̄ nos/ eo q̄ ipe intelligit deiformiter: nos aūt inquisitiue ⁊ cū studio: ⁊ illud causat a natura fm speciē aliā ⁊ nobiliori q̄ nostra: sic ⁊ illa variat spēm: qr nō est ꝓpric intētio sed per anologiā participatio eius dē: ita est in fomite ante baptismū ⁊ post: quādo ante baptismū habet formā auersiōis p̄ quā potest nocere dānabiliter ⁊ cōcupiscētialiter: post baptismū autē nō cōuenit nisi p̄ naturalē habitū p̄ quē inclinat cōcupiscentialiter: nō autē nocet ad dānationem: vt dicit Aug⁹ ⁊ hoc intelligit glo. illius que hoc dicit. Ad aliud dicendū q̄ cōcupiscētia est suffocās ⁊ ꝓmouēs suffocās autē nō est nisi fm q̄ extinguit ignē boni et p̄cludit spiritū vitalē gratie: ⁊ hoc nō est nihil ex eo q̄ formale est in cōcupiscētia. ſ. ex carētia debite iusticie Promouēs aūt est que est exercicij causa in pugnando ī tēptationē: ⁊ hoc manet post baptismū: ⁊ hec est materialiter sequela originalis ⁊ nō originale peccatū. Ad aliud qd̄ obijcit de ignorātia ⁊ infirmitate dicēdū q̄ nō sunt materia substās originali: ſz potiꝰ pene sequētes: ⁊ hoc patet ex hoc q̄ se habēt ad malū in rōne diminuentiū ⁊ excusantiū: cōcupiscētia autē se habet ad ipm̄ vt inclinās in illud. Ad dictū hugonis dicendū q̄ ipse nō manifestat nec diffinit originale p̄ sustātialia sibi: sed p̄ signa peccatoꝝ sequentiū ipm̄ ⁊ manentiū in subiecto: etiā postq̄ ipm̄ trāsiuit ⁊ remissum est.

Solo

Ad primuz ⁊ secūdū

Ad tertiū.

Ad quartū

Ad quintū

Querit de diuersis noībus que attribuūtur originali: ⁊ penes quid sumunt que sunt originale peccatū: fomes: cōcupiscētia: languor nature: lex membroꝝ ⁊ tyrānus. Deinde querit de hoc qd̄ dicit ibi [Que veniunt ex languore nature]. s. a. Hic eim̄ ponūtur multa nomina originalis. ſ. originale peccatū/ fomes cōcupiscētia/ languor nature/ lex membroꝝ ⁊ tyrānus. Et querit penes quid diuersificētur. Ad hoc dicendū q̄ peccatū originale noiatur in cōparatiōe ad bonū qd̄ amittit/ ⁊ in cōparatōe ad actū illicitū/ ⁊ in cōparatōe ad eū in quo est. Primo modo dicit peccatū originale: Secūdo modo dī duplicit. ſ. fm q̄ est nutrimētū libidinis peccati vel fm cōparationē ad obiectū delectās vt nūc: ⁊ primo mō dicit fomes: qr est fomētū libidīs. scdo mō cōcupiscētia. tertio mō nominat dupliciter. ſ. fm vim quā infert nature integre que cōdelectat legi dei: ⁊ sic dicit tyrānus ⁊ fm q̄ ligat ⁊ captiuat sensualitatē ad illicitū: ⁊ sic dicit lex membroꝝ.

Arti. III D

Solo

Obiectio quorundā cōtra id qd̄ supra dictū est omnes in adam fuisse homines.

Ad hoc aūt qd̄ dixim̄us in adā fuisse omnes homines: quidā verboꝝ sectatores sic obijciunt dicentes: Mō oīs caro que ab Adā traducta est in eo simul existere potuit: qr multo maioris quātitatis est q̄ fuerit corp⁹ ade. in quo nec tot etiā athomi fuerūt quot ab eo homines descēderūt. Quo circa verū nō esse asserūt substantiā vniuscuiusq̄ in primo fuisse parente.

Respōsio vbi aptit q̄liter fuerunt in adā fm rōnē seminalē: ⁊ quō ex eo descēderint. ſ. lege ꝓpagatiōis.

Quib⁹ respōderi pōt q̄ materialiter atq̄ causaliter nō formaliter ōr fuisse ī primo hoīe oē qd̄ in humanis corpib⁹ naturaliter est: descēdit q̄ a primo parēte lege ꝓpagatiōis: ⁊ in se auctū ⁊ multiplicatū est nulla exteriori substātia in id trāseūte: ⁊ ipm̄ in futuro resurget Fomētū q̄dē habet a cibis: sed nō cōuertūt cibi in hūanā substātiā: q̄. ſ. p̄ ꝓpagationē descēdit ab adā. Trāsmisit eim̄ adā modicū q̄d de substātia sua in corpora filioꝝ qn̄ eos pro creauit. i. aliq̄d modicū de massa substantie eius diuisum est: ⁊ inde formatuz corp⁹ filij: suiq̄ multiplicatiōe sine rei extrinsece adiectione auctū est: ⁊ de illo ita augmētato aliquid inde separat vn̄ formant posteroꝝ corpora: ⁊ ita ꝓgredit ꝓcreatiōis ordo lege propagatiōis vsq̄ ad finē hūani generis. Itaq̄ diligēter ac pspicue intelligētibus patet oēs

fm corpora in Adā fuisse p seminalē rōnē: ⁊ ex eo descēdisse ppagatiōis lege.

Auctoritate et rōe probat nihil extrinsecū cōuerti in humanā substantiā que ab adam est.

Qō vero nihil extrinsecū ī humani corporis naturā trāseat. veritas in euāgelio significat dicēs: Oē qō intrat in os in ventrē vadit ⁊ in secessum emittit. Qō etiā rōe ostēdi pōt hoc mō: Puer q̄ statim post ortū moriť in illa statura resurget quaz habiturus erat si viueret vsqz ad etatē. xxx. annoz nullo vitio corporis impedit. Vñ ergo illa substātia q̄ adeo parua fuit mortua in resurrectiōe tā magna erit: nisi sui in se multiplicatōe? Vñ apparet q̄ etiā si viueret: nō aliū de: sed in se augmentaretur illa substātia. Sicut costa de qua facta est mulier: ⁊ sicut panes euāgelici. Nō inficiamur tñ quin cibi ⁊ humores in carnem et sanguinē trāseūt: sed nō in veritate humane nature que a primis descēdit parētib⁹: q̄ sola in resurrectiōe erit: reliq̄ vero caro in quā cibi trāseunt tanqz superflua in resurrectione deponeť: que tamen ciborū aliarūqz rerū fomentis coalescit.

Mat. 15.

Deinde queriť de hoc qō dicit ibi [Ad hoc autē qō dixim⁹ in Adā fuisse ⁊c.] Sed de hoc in. iij. lib. di. iij. disputatū est: ⁊ in alia sūma q̄stiōe de veritate humane nature: ⁊ ideo illa inspiciantur ⁊ sufficiāt: qz repetere nō oportet.

Quomodo peccatū originale a patribus transeat in filios: an fm animā an fm carnē.

Dī. XXXI. qualiť peccatū originale a parēte traduciť in plem.

Nunc superest inuestigare qualiter illud pctm̄ a patribus traducat in filios. s. an fm solā aiam an fm carnē siue fm vtrūqz? Putauerūt q̄dā fm animā trahi pctm̄ originale: non solū fm carnē: qz nō solū carnē sz ⁊ aiam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut eñ in generatōe p̄lis de carne paterna substātialiť trahiť caro: ita etiā de gignētis aia aiam geniti essentialiter ōduci ab his existimabat. Ideoqz sicut de corrupta carne caro corrupta seminat: ita etiā de aia peccatrice ania peccatrix corruptiōe originali infecta ab illis trahi diciť.

Predictam opinionē damnat ⁊ q̄ p carnez traducat peccatū dicit et quomodo ostendit.

Hoc aūt fides catholica respuit: ⁊ tāqz veritati aduersum dānat: q̄ nō aias: sed carnē solā sicut supi⁹ dixim⁹ ex traduce esse admittiť. Nō ergo fm aiam: sed fm carnē solā peccatū originale trahiť a parētib⁹. Est eñ pctm̄ originale (vt supra dixim⁹) cōcupiscētia non quidā act⁹: sed vitiū. Vñ Aug⁹ Ipa cōcupiscētia est lex mēbrorū vel carnis q̄ est morbidus quidā affect⁹ vel lāguor q̄ cōmouet illicitū desiderū. i. carnalē concupiscētiā q̄ lex peccati diciť. Que diciť manere in carne: nō quin in animā sit: sed quia per corruptionem carnis in anima sit.

Nunc superest inuestigare ⁊c.] In hac pte magister determinat q̄liter pctm̄ illud ppagatur ab Adā in oēs hoīes: ⁊ tāgit q̄ttuor circa illud: quoz primū est q̄ elidit errorē corrū qui dicebāt aiam esse ex traduce: ideo qz nō videbant qualiter aliť cōtraheret originale. Secūdū ē q̄ determinat qualiter habitat pctm̄ in carne ibi [Caro eñ corrupta fuit] In tertia queriť vtr̄ id qō est in carne sit culpa vel pena ibi [Nic solet queri vtrū cā originalis peccati] In quarto obīcit qualiter ania inficiť in cōceptu cū nō moz infundat ibi [Sed ad huc opponatur. Ā

Utrū persona potest inficere naturā sic. s. q̄ Adam totā naturā corrupit. Art. I

Incidit aūt q̄stio vtrū p̄sona pōt inficere naturā: vt hic innuit mgr dicēs q̄ adā totā naturā corrupit: ppetuū eñ ⁊ vno modo se habēs nō recipit trāsmutationē. natura aūt cōis hoīm vno mō ens in preteritis p̄sentib⁹ ⁊ futuris videť esse ppetua ⁊ intrāsmutabilis: ergo videť nō posse recipe alterationē a p̄sona alia vel corruptionē. Itē minus nobile nō agit in magis nobile: sed p̄sona est ignobilis: qz corruptibilis: ergo nō agit in naturā corrupēdo ipam. Item si corrumpitur natura in aliquo boc est per accidēs ⁊ fm quid: per accidens quia nō per se: qz p̄sonā istā vel illā fm quid: quia tm̄ put est in ipo: ergo cū separat ab illo nec habebit corruptionē p accidēs nec fm id qō habuit in illo: sed put est in alio separata a principio in quo corrupta fuit: ergo in alio nō est corrupta vt videť. Sed cōtra tota natura est ibi p ē vbi nihil p esse est extra: sed nihil p ē de humana natura fuit extra primos parētes: ergo tota fuit in eis: cōstat aūt q̄ cōicabat singulariť i actu: qz singulare nō agit nisi fm naturā ⁊ nature potētias: ergo ex pctō simul tota natura fuit corrupta: sed q̄cq̄d sumiť a corrupto corruptū est: ergo totū qō descēdit p ppagationē est corruptū: qz totū sumiť a corrupto. Solo dōm q̄ vt dicit Ansel. ⁊ mgr innuit hic in primo pctō p̄sona corrūpit naturā: ⁊ deinde natura corrupta p̄ris corrūpit naturā p̄lis: ⁊ corrupta natura p̄lis corrūpit p̄sonā p̄lis ⁊ aniam: ⁊ ita redit corruptio a p̄sona in p̄sonā in circulū: licet nō fm rē.

Arguiť primo sic. 20 30 Rō ī oppositū p vita te. Solo

Ad hoc aūt qō primo obīcit dōm q̄ natura nō noīno idē noiat qd ppetuū ⁊ incorruptibile: qz natura noiat principiū agēdi ⁊ virtutē q̄ est ex siliib⁹ sil'ia procreare: ⁊ hoc nō facit vl'e: sed poti⁹ natura hoīs accepta p esse: ⁊ cū ipsa sit ē subale indiuidui fm hoc corrūpiť ab ipso: ⁊ hoc est accipe cā fm naturā ⁊ rē: fm rōnē aūt abstrahētē est ppetua ⁊ incorruptibilis fm q̄ est vl'e: ⁊ hñ cōcediť q̄ rō vlis accepta non agit nec

Arguiť pō

in iij

nec patiť nec gñat nec generať: ſz eſt ſimpler potētia cōicabilitatis tm̄: vñ p̄ric rōes trāſcēdētes ſunt ⁊ de
Ad ſecūdū. ꝓpoſito nihil cōcludētes. Ad aliud dōm q̄ b eſt verū ſm hoc qd̄ eſt magis nobile: ſed agit in ipm ſm q̄ cōicat ſibi in eſſe ⁊ corruptio min⁹ nobilis redundat
Ad tertiū. hoc mō in magis nobile. Ad aliud dōm q̄ duplex eſt p̄ accidēs. ſ. qd̄ opponiť ei qd̄ eſt p̄ ſe in denoiatōe ⁊ ſic p̄ accidens corrūpiť in iſto: qz corrūpiť p̄ aliud. Aliud eſt p̄ accidēs p̄ naturā accidentis: ⁊ ſic natura nō eſt p̄ accidēs in iſto: ſed ſubaliter: ⁊ habet eſſe ſubſtātiale in iſto: ⁊ corruptio perſone ſubaliter in iſto redundat in eſſe ſubſtātiale nature.

Cauſam corruptōis carnis oſtēdit ex qua in aīa peccatū fit.

Caro eñ ꝓpter pctm̄ corrupta fuit in Adam adeo vt cū añ pctm̄ vir ⁊ mulier ſine incētiuo libidinis ⁊ cōcupiſcētie feruore poſſent cōuenire: eſſetq̄ thor⁹ īmaculat⁹: iā poſt pctm̄ nō valet fieri carnalis copula abſq̄ libidīoſa cōcupiſcētia q̄ ſemp vitiū eſt ⁊ etiā culpa niſi excuſeť p̄ bona cōiugij. Jn cōcupiſcētia ergo et libidine cōcipiť caro formāda in corp⁹ p̄lis. Vñ caro ipſa q̄ cōcipiť in vitioſa cōcupiſcentia polluiť ⁊ corrūpiť: ex cui⁹ cōtactu anima cū infūdiť maculā trahit q̄ polluiť ⁊ fit rea. i. vitiū cōcupiſcētie qd̄ eſt originale pctm̄.

Qd̄ ꝓpter corruptionez carnis que eſt cauſa peccati dicitur peccatum eſſe in carne.

Jdeoq̄ ipm pctm̄ dr manere in carne. Caro ergo q̄ in cōcupiſcētia libidinis ſeminať: nec culpā hz nec actū culpe ſed cām. Jn eo ergo q̄ ſeminať: corruptio eſt: in eo aūt q̄ naſcitur cōcupiſcentie vitiū eſt. Vñ Amb. de verbis apl̄i ſic ait Quō hīat pctm̄ in carne: cū nō ſit ſuba: ſed priuatio boni. Ecce primi hoīs corpus corruptū eſt p̄ pctm̄: ipaq̄ corruptio per cōditionē offenſionis manet in corpe: robur tenēs diuine ſentētie date in adā: cui⁹ cōſortio aīa maculať pctō. Per id g̃ q̄ facti cauſa manet in habitare dicť pctm̄ in carne: hec eſt lex carnis. Idē: Nō habitat pctm̄ in aīa: ſed in carne: qz pctī cauſa ex carne eſt: nō ex aīa: qz caro eſt ex origine carnis pctī ⁊ per traducē oīs caro fit cauſa pctī anima vero nō traducť: ⁊ iō in ſe cauſam peccati nō habet. Augu. q̄d̄ ex carne pctm̄ animā cōtrahere in ſermone quodā de verbis apl̄i oſtēdit dicens: Vitiū cōcupiſcētie eſt qd̄ anima nō ex ſe ſed ex carne cōtrahit. Natura q̄ppe humana nō opere dei cū vitio primit⁹ eſt inſtituta: ſed ex voluntatis arbitrio priorū hominū venienti vitio eſt ſauciata: ita vt nō ſit in carne bonū: ſed vitiū quo inficiť anima.

De cauſa origīalis peccati que eſt in carne vtrū ſit culpa an pena.

Hic queri ſolet vtrū cauſa peccati originalis que dicta eſt eſſe in carne culpa ſit vel pena ſiue aliquid aliud. Culpa eſſe non pōt: qz culpa nō eſt in re irrōnali. Si eñ culpa eſſz in carne ante infuſionē anime actualis eſſet vel originalis. Sed actualis ibi nō eſt: nec originalis culpa eſt: qz ipſa cauſa eſt originať peccati. Si aūt pena eſt que eſt illa? paſſibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. Hos enim defectus carni ineſſe cōſtat.

Hic aperitur quid ſit feditas tracta ex libidine coeuntiū: que vitiū vel corruptio dici poteſt.

Ad qd̄ dici poteſt q̄ multiplex defectus carnis ⁊ p̄cipue pollutio quedā: quā ex feruore coitus parentū ⁊ cōcupiſcētia libidinoſa cōtrahit caro dū cōcipiť cauſa eſt originať peccati: que recte vitiū ſiue corruptio carnis appellari pōt. Que feditas maior videť eſſe in carne cōcupiſcētialiter traducta q̄d̄ in ea vnde traduciť. Et q̄ vitiū vel corruptio ſit ī carne añ cōiūctionē anime: effectu p̄bať cū aīa infundiť q̄ ex corruptiōe carnis maculať: ſicut in vaſe dinoſciť vitiū eſſe cum vinū infuſum aceſcit.

Jnductu ſimiliū oſtendit nō abſurde dici filios trahere peccatū a parentibus etiā mundis.

Ne aūt miremur ⁊ intellectu turbemur audientes pctm̄ originale filios traducere a parētibus iā p̄ baptiſmū ab illo pctō mūdatis diuerſarū ſiť̄ritudinū inductōe id poſſe fieri inſinuat Aug⁹ in li. de baptiſmo paruulorū inq̄ens: Quō p̄pauciū p̄ circūciſionē auferť manet tm̄ in eo quē genuerunt circūciſi quō etiā palea q̄ ope humano tāta diligētia ſeparať: manet tm̄ ī fructu q̄ de purgato naſciť tritico ita pctm̄ qd̄ in parētib⁹ p̄ baptiſmū mūdatur manet in eis q̄s genuerūt. Ex hoc eñ gignūt qd̄ adhuc vetuſtū trahunt: nō ex hoc q̄ lex innouitate p̄mouit eos inter filios dei. Nō eñ generāt parētes filios ſm illā generationē q̄ denuo nati ſunt: ſed poti⁹ ſm illā qua carnaliter ⁊ ipſi primū ſunt generati.

Vtrū originale pctm̄ trāſmittit ad poſteros nō propago ſed libido. Arti. II B

Hinde queriť de hoc qd̄ dicit ibi [Jā poſt peccatū carnalis copula ⁊c.] ſ. a. Ex hoc enim innuitur illud verbū quod poſtea dicit q̄ ori

Arg. pmo. ginale peccatum transmittit ad posteros nō ppago sed libido: videt enim hoc esse falsum: libido enim est improba volūtas, improba enim volūtas pcm̄ est parentis ⁊ nō plis: g̃ si ex illa causat peccatū originale peccatū originale causat ab actu primi pris ⁊ nō a sola 20 transgressione adam. qd infra distin. xxxiij. pbabit.

Ite frequenter cōtingit q parentes nō habēt improbā voluntatē sz cōueniūt pia intentione in spe plis: g̃ fm b tūc nō causarent origiale pcm̄ in puulis. Ite si dicat originale causari a libidine q̃ dicit pruritus 30 cupiscentie in coitu: hoc nō videt: q̃ hic nō est nisi in parente: originale aūt fit in prole: g̃ videt q nō ē substātiale originali: q̃ qd subiale est a re nō diuidit cui Solo 40 est subiale. Si aūt dicat q nō est subiale sz tm̄ est causa tunc sequit q originale causat a parētib̄ primis ⁊ nō a primo: ⁊ ite a fidedignis dr q p meritū deuotionis parentū pruritus separat est ab actu matri- 50 monij: ⁊ tm̄ cōceperūt ⁊ genuerūt: g̃ fm hoc pueri originale nō habuerūt. Ite doctores dixerūt bactenus q si corpus hominis formaret de manu/ de pede sine coitu ⁊ aia infunderet q adhuc pr̄aberet originale: g̃ videt falsum esse q originale transmittit libido et Solo ad totū nō ppago. Solo meo iudicio triplex est libido: sz actualis in ania q̃ est improba voluntas actualiter vt habitualit pcedens peccatū. Est etiā libido cōcupiscentia suffocās rōnem in pruritu carnis in coitu: ⁊ nō puto q aliqua ista p esset originale/ sicut pbant obiectōes. Sz est tertia de q̃ supra dictū est habitualis cōcupiscētia respersa in semine q̃ corrumpit ordinem organorū corporis ad animā fm mobilitatē in bonū. ⁊ hec est causa originalis fm q trahit originale a carne: ⁊ hec est que trāsmittit originale ⁊ nō causat nisi a primo parente ⁊ non ab alijs/ ⁊ vocat filia vitij vel corruptio passibilitatis/ vt dixim⁹: ⁊ p hoc patet solutio omniū obiectorū. bñ enim cōcedo qd obij cit: q̃ caro corrupta sua corruptione nō causat originale nisi quādo est in actu nature q̃ est multiplicatio indiuiduorū sub specie cōmuni. ⁊ si illa aliter fieret p̄ p coitū nisi illa actualis libido vel cōcupiscētia tolleret semp inficeret ania sicut ⁊ modo. Sunt tm̄ alij aliter dicentes. s. q sit pollutio semis ad libidinē coitus q̃ libido dicat esse ade: q̃ causata est ab ipso ⁊ semen pollutū illo inordinato feruore polluit animā ⁊ cōcedunt q si aliter formaret homo nō contraberet nisi corruptionē passibilitat; ⁊ nō vitij.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.

Iam ostensum est quid sit originale peccatū ⁊ qualiter a parentib⁹ in filios ⁊ p carnem in animā trāseat. Ex quib⁹ etiā innotescit qua re dicat originale peccatū ideo. s. quia ex vitiosa lege originis nostre in qua cōcipimur: sz carnis libidinosa concupiscētia traducit vt supra dictum est. Non enim q̃ ex carne tracta ab Adam cōcepti sumus: ideo peccatum traximus: q̃ ⁊ christi corp⁹ ex ea dē carne formatū est que ab adam descēdit: sed eius cōceptus est celebratus nō lege peccati: id ē cōcupiscentia carnis: vnde ⁊ caro ei⁹ peccatrix nō fuit immo operatōne spūssancti. Noster vero cōceptus nō fit sine libidine: ⁊ iō nō est sine peccato. Qd euidenter Augustin⁹ ostendit in libro de fide ad Petrū dicens: Quia dum sibijnuicē vir mulierq̃ miscent sine libidine non est parentū cōcubitus: ob hoc filiorū ex eorū carne nascentiū nō potest sine peccato esse cōceptus vbi peccatū in paruulos nō transmittit ppagatio sed libido: nec fecūditas humane nature facit homines cū peccato nasci: sed feditas libidinis quā homies habent ex illius iustissima cōdemnatione peccati. Ideo beat⁹ Dauid ppter originale peccatū quo naturaliter obstricti sūt filij ire: dicit: In iniquitatib⁹ conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ex hoc itaq̃ apparet ex lege conceptiōis traduci originale peccatū: quia nisi conceptio sic fieret in carne anima ex carnis cōiunctione concupiscentie vitium non traheret. a Psal. 50.

Utrum solum vnum sit peccatū originale aut sint plura. Arti. III. L

Ende queritur de hoc qd dicit ibi [Ecce in iniquitatib⁹ cōcept⁹ sum ⁊c. s. a. Ex hoc enim videt q plura sint originalia nō vnū: q̃ glo. exponit hoc de originali. Ite sup illud: Bti. sz. i. quorū remisse sunt iniqtates/ dicit glo. originalia. Ite Matth. 18. de seruo nequā dicit glosa rabani q etiam originale reuertit sup eū. Per rōnē etiā videt idē: q̃ pnitas ad omē malū multiplicat fm diuisionē mali: malū aūt est multarū rōnū: g̃ cū originale sit pnitas ad omē malū/ videt q ipm sit in multiplici diuisione. Ite omnib⁹ virtutib⁹ cōrariat/ vnū autē ⁊ idem nō opponit multis: g̃ originale pcm̄ nō ē vnū. Arg. pmo p rōnes. 20 30 40 p rōnē. 50 60

Ite hoc videt ex hoc q ipm nō vno modo inest potentijs aīe: q̃ cōcupiscibilis fm prem generatiuā dicit esse corrupta ⁊ infecta p originale: alie aūt corruptetim̄. Ulterius etiā q̃rit de rōne bon̄ verbon̄ quid sit dictū q vna est infecta ⁊ corrupta ⁊ altera corrupta tm̄. Solo dōm q originale pcm̄ nō est nisi vnū: ⁊ rō ipsius est: q̃ aia cōtrahit ipm fm q ipsa est pfectio corpis. corpis autē pfectio est fm suam: ⁊ ideo contrahit ipm fm suam/ ⁊ sicut sua est vna ita originale est vnū: sed fm q multiplicat ad actus in eo q extendit se dilatando in corruptōe potētiarū: ⁊ b mō intelligūt auctates inducte: b aūt nō est esse plura nisi fm qd. Ad aliō dōm q pcm̄ originale hz reuersionē simplr: sed reuersionē nō hz nisi in potētia sz hec ē pnitas que nō est cōuersa/ sz cōuertibilis in bonū cōmutabile: ⁊ iō ex pte illa attingit potentias ⁊ multiplicat fm qd in illis. Ad aliud dōm q originale nō opponit directe virtutib⁹ (q̃ cōsistit in actu vt virtutis) sz actuale/ sz originale p se opponit gre q̃ respicit ēntiā aīe vt pri⁹ bitū est: ⁊ p ꝯns opponit virtutib⁹ ⁊ nō multiplicat p se sz p accns. Ad aliō dōm q rō illi⁹ dicti pōt esse duplex/ vna q exponit infecta actue. i. inficiens/ ⁊ tunc plane verū est q hec est infecta q̃ p illā inficit tota posteritas. Alia rō est: q̃ nulla virtū ita violenter resistit rōni vt illa ⁊ motus delectabil' illi⁹ pfundat in aīa: ita vt tota efficiat caro: et hoc signū est q magis sit marcida concupiscentia

Solutio ad pncipale ⁊ ad auctoritates. Ad 4m per rōnem. Ad 5m. Ad 6m et ad q̃stiūcl'ā.

fm illã vim q̃ fm alias: ⁊ ideo ꝓter illã abundãtiã corruptionis dicit infecta.

Obiectio quorundã nitentiũ ꝑbare pctm̃ nõ traduci ex lege coitus.

Sz ad hoc opponit hoc mõ: In ipso cõceptu vbi dicit trãsmitti peccatũ ꝓpagat caro: nec tm̃ tunc infundit aia fm phisicos: sed iã effigiato corpe. qõ etiã moyses in Exod. aperte significat: vbi ait de pcussura mulieris p̃gnãtis. Si q̃s inquit pcusserit mulierẽ p̃gnantẽ ⁊ abortũ fecerit: si adhuc informe fuerit puerperiũ: mulctabit pecunia: si autẽ formatũ fuerit: reddat animã ꝑ anima. Formatũ vo intelligit ꝓpria aia animatũ: ⁊ informe qõ nõdũ habet animã. In ipo ergo cõceptu cũ caro ꝓpagat nõdũ infundit anima. Quõ ergo ibi peccatũ trãsmittit: cũ peccatũ nõ possit esse vbi aia nõ est? Ad qõ dici põt: qz in illo cõceptu dicit pctm̃ trãsmitti: nõ quia peccatũ originale ibi sit: sed qz caro ibi cõtrahit id ex quo peccatũ fit in aia cum infundit. Et vtrunq; vocat cõceptus. s. cum ⁊ caro propagat formãq; corporis humani recipit: ⁊ cum anima infundit: quod aliq̃ etiã dicit natiuitas. Vnde qõ natũ est in te. Proprie aũt natiuitas dicit in lucem editio.

Exod. 21.

Deinde querit de hoc qõ dicit ibi [Sz ad hoc opponit hoc mõ] Videt em̃ q̃ obedientia ista magis debuit esse in rõe q̃ in generatiuis organis: qz rõ ꝑmo peccauit volẽdo esse sicut deꝰ. Itẽ videt q̃ in nutritiua: qz illa illicitũ gustauit. Itẽ in aure: qz serpẽtẽ ꝑmo audiuit. Sz solo ad oia hmõi est q̃ nõ attendit vtrũ primo fuerit peccatũ in h̃ mẽbro vel illo: sz potiꝰ attendit corruptio nature in originali: ⁊ tõ inobedientia ⁊ libido dñabat in ꝓtu ꝓpagationis vt sit ipsa inobedientia argumentũ q̃ conceptus originali vitio est corruptus.

Solo

Quõ originale pctm̃ dimittat in baptismo: cũ ⁊ post sit illa cõcupiscẽtia que dr originale peccatũ.

Di. XXXII q̃lit peccatũ originale deleat seu curatur.

Quoniam supra dictũ est originale peccatũ esse vitiũ cõcupiscẽtie: assignatũq; quõ a parẽtibus trahat ⁊ originale dicat: superest inuestigare quõ in baptismo dimittat: cum etiam post baptismũ remaneat cõcupia que ante fuerat. Vtm̃ videt vel peccatũ originale nõ esse cõcupiscẽtiã: vel nõ remitti in baptismo. Manet q̃ppe (vt ait Augꝰ) in corpore mortali hꝰ carnalꝭ cõcupia: cuiꝰ vitiosis desiderijs nõ obedire ꝑcipimur: q̃ tm̃ cõcupiscẽtia q̃tidie minuit in ꝓficiẽtibꝰ ⁊ cõtinentibꝰ: sz licet remaneat ꝓcupiscẽtia post baptismũ nõ tm̃ dominat ⁊ regnat sicut aũ: imo ꝑ gratiã baptismi mitigat ⁊ minuit: vt post dñari nõ valeat nisi quis reddat vires hosti eundo post cõcupiscẽtias. Nec pꝰ baptismũ remanet ad reatũ: qz nõ iputat in pctm̃: sz tm̃ pena pcti est: ante baptismũ vo pena est ⁊ culpa.

Q̃ originale peccatũ duobus modis dimittitur scz extenuatõe sui ⁊ solutione reatus.

Duplici ergo ratõe pctm̃ originale dr dimitti in baptismo: qz ꝑ gratiã baptismi vitiũ cõcupiscẽtie debilitat atq; extenuat ita vt iam nõ regnet nisi cõsensu reddant ei vires: qz et reatꝰ ipsiꝰ soluit. Vtm̃ Augꝰ in lib. de baptismo puuloꝝ: Gratia ꝑ baptismũ id agitur: vt vetus hõ crucifigat ⁊ corpꝰ peccati destruat nõ ita vt in ipsa viuẽte carne cõcupia resperſa ⁊ innata repente absumat ⁊ non sit: sed ne obsit mortuo q̃ inerat nato. Nam si post baptismũ vixerit: in carne habet cõcupiscentiã cũ qua pugnet: eãq; adiuuante deo superet si tm̃ nõ inuacuũ gr̃am eiꝰ suscepit. Non itaq; hoc p̃stat ĩ baptismo nisi forte miraculo inefabili creatoris vt lex pcti q̃ ẽ in mẽbris prorsus extinguat ⁊ nõ sit: sz vt q̃cq̃d mali ab homine factũ: dictũ: cogitatũq; ẽ: totũ aboleatur ac velut factũ nõ fuerit habeat. Ipsa vo cõcupiscẽtia soluto reatus vinculo quo per illam diabolꝰ animã retinebat et a suo creatore separabat: maneat in certamine. Ecce hic aperte ostendit ea rõne dimitti in baptismo: nõ qz non maneat post baptismũ: sed qz reatus in baptismo abolet. Deinde idem ip se ostendit eo modo etiã dimitti in baptismo quia baptismi gratia cõcupiscẽtia ipsa mitigat et minuitur in eodẽ libro ita dicẽs: Lex carnis quã apostolus appellat peccatũ cum ait: Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore: nõ sic manet ĩ mẽbris eoꝝ q̃ ex aq̃ ⁊ spiritusctõ renati sũt: tãq; nõ sit eiꝰ facta remissio: vbi oino plena fit remissio pctõꝝ: sed manet in vetustate carnis tãq; supatũ ⁊ pemptũ nisi illicito cõsensu q̃dãmõ reuiuiscat: ⁊ in regnũ ꝓpriũ dñationẽq; reuocet. Hic apte insinuat ĩ baptismo cõcupiam debilitari erq̃ ⁊ dr dimitti non solũ iõ qz reatꝰ ibi soluit. Quẽ remissiõis modũ alijs etiam pluribꝰ testimonijs scriptura edocet. Ait em̃ Aug. cõtra Julianũ: Lex q̃ in mẽbris ẽ: vitiũ carnis est: qõ ex pena pcti ⁊ ex traduce mortis ꝓuenit. Sz lex ista q̃ est in membris: remissa ẽ regeneratiõe spũali: ⁊ manet ĩ carne mortali. Remis-

Rom. 6.

sa est: qz reatus solutꝰ est sacramento q̃ renascunt fideles. Manet aũt qz operat desideria cõtra que dimicãt etiã fideles. Idem in sermone quodã de cõcupiscẽtia carnis. Per gratiã baptismatis z lauacrũ regenerationis solutꝰ est z ipse cõcupiscentie reatus cũ quo eras natꝰ z quicq̃d antea cõsensisti male cõcupiscentie siue cogitatione: siue locutiõe siue actiõe. Idem in li. de nuptijs z cõcupiscẽtia. Cõcupiscẽtia carnis licet in regeneratis iam nõ deputet in peccatũ: quecũq̃ tñ ples nascit obligata est originali pctõ. Item: Dimittit cõcupiscẽtia carnis in baptismo: nõ vt nõ sit sed vt nõ imputet in pctñ. Hoc est eñ nõ habere pctñ non esse reũ pcti. Quõ ergo alia pctã ptereũt actu z remanent reatu: vt homicidiũ z similia: ita ecõuerso fieri potest vt concupiscẽtia pretereat reatu z remaneat actu. Ex p̃dictis euidẽter monstrat quomodo pctñ originale in baptismo remittat.

A

Q Uoniã supradictũ est pctñ originale est vitiũ zc. In ista distictiõe agit de peccati originalis remissiõe/z diuidit di. in duas partes. in quaꝝ prima agit de peccati originalis remissione. In scda aũt ponit quasdã qõnes cõsequẽtes q̃ incipit ibi [Ꝑ queri solet vtrũ cõcupiscentia q̃ post zc.] Et sunt quinq̃ sicut patz in lra ibidem p ordinẽ capl'oꝝ. Ꝑ. adhuc habet duas: qz primo qrit de remissiõe in aia. scdo de remissiõe in corpe ibi [Solet aũt queri vtrũ z ipsa.]

Arti. 1

Utrũ pctñ originale totalit vl'in pte deleat z q̃d est dicere pctñ p baptismũ transit actu z nõ reatu: z vtrũ originale redit sup eũ qui est baptisatꝰ post baptismũ.

Incidũt aũt circa pmũ q̃renda q̃tuor: quoꝝ primũ est vtrũ p baptismũ peccatũ originale deleat totalit vl'in pte. Secundũ vtꝝ possit augeri vl' minui cõcupiscẽtia originalis remanens post baptismũ. Tertiũ qualit pena remanẽs dicat pmouens z nõ suffocans. Quartũ est vtrũ equalit remanet in oñibꝫ sicut eq̃liter cõtrahit ab oñibus.

Arg. pmo

Ad primũ obiicit sic: Nõ minoris efficacie fuit meritũ obedientie xpi q̃ demeritũ inobedientie in Adam/ sed p inobedientiã a de totũ pctñ originale intrauit quo ad culpã z penã. Ergo culpe pcti debet rñderesatisfactio/sed totũ p actũ alienũ cõtractũ est originale peccatũ: q̃ p actũ alienũ totũ debet solui/ vt videtur.

20

30

Ꝑ. cuiꝰ nobis nõ potuit valere meritũ illius nõ debuit nocere trãsgressio/vl'admin̊ p xpm debuimꝰ in toto liberari. Ꝑ. videt q̃ nõ sit hoc baptismo substãriale: qz aũ baptismũ curabãt diuersis sacrificijs z circũcisione z q̃nq̃ sola fide. Ulteriꝰ q̃rit de b̃ q̃d sit hoc dictũ qõ mgr dicit in lra q̃ p baptismũ trãsit actu z remanet reatu. Pctñ eñ originale nõ habet actũ: qz si haberet actũ originale nõ esset sz actuale: q̃ reatu remanere nõ pot vt videt. Ꝑ. reatꝰ nõ est nisi culpa aliqua sit: cũ igit illa transeat priusq̃ trãseat reatꝰ/ videt q̃ deberet dicere q̃ transit culpa et remanet ꝛcupia. Ꝑ. videt q̃ falsum sit qõ dicit. sup

q̃stiũcula.

40

50

60

70

eñ dirit pctñ originale esse cõcupiam q̃ puulũ reddit cõcupiscibilẽ adultũ cõcupiscẽtẽ. B aũt nullo mõ trãsit p baptismũ: q̃ originale nõ trãsit in baptismo.

Itẽ cum ꝛcupiscentia añ baptismũ remanet adhuc causa originalis ẽ i corpe: q̃ iterato debet inficere animã: z ita originale redit sup eũ q̃ est baptisatꝰ. Si dicas q̃ impedit gratia q̃ recipit in baptismo: cõtra ponat q̃ ille cadat a gra: q̃ tũc cũ maneat cõcupiscentia redit pctñ originale. Si dicas q̃ impedit caracter: q̃ cũ circũcisio z sacrificia nõ impsserint caractẽ tũc redijt peccatũ originale qõ falsum est. Sol'o dõm qõ vt sup̃ dictũ est/ quoddã est materiale in originali z quoddã formale: materiale remanet in baptisato: formale autẽ nõ. s. carẽtia debite iusticie: qz nõ erigit a baptisato iusticia quã pdidit in adã: qz recuperauit eã p iusticiã xpi/ siue p baptismũ ex q̃ fuit institutꝰ siue p sacrificia z fidẽ z circũcisionẽ añq̃ eẽt baptismꝰ institutꝰ/ vt expeditũ est in principio q̃rti.

Sol'o

Sol'o Instantia

Sol'o Instantia

Sol'o

Ad primũ q̃ dõm q̃ licet originale fm vtrãq̃ ptem causet ex iniusticia prima nõ tñ fm vtranq̃ ptem ordinat cõtra gratiã redẽptõis/ sz tñ fm ptem formalem: z iõ in illa pte totũ dimittit. in alia aũt pte in q̃ gratie cooperat ad humilitatẽ et exercitiũ ibi damnũ fuisset deleri per baptismũ. vnde non est hoc impossibile satisfactiõis xpi: sed potꝰ vtilitatis nostre vt cauti simꝰ z circũspecti ne iterũ cadamꝰ. Ad aliud dõm q̃ culpa tota deleta est sz nõ pena. opret eñ q̃ pena xpi misceat penis nostris: qz sicut maleficiũ a de primi cõtinuat nobis p materiã/ ita necesse ẽ bñficiũ xpi cõtinuari nobis p fidẽ z cõpassionẽ: z iõ satisfactio nõ potest esse oino aliena: qz a spũ debet: et iõ volũtariã opret esse/ sz illã q̃ dependebat nõ oportuit esse volũtariã: z de hoc multa dicta sũt sup. xiiij distin. li. iij.

Ad 3m

Ad aliud dõm q̃ factũ est de merito vl' iusticia añ pctñ: qz iusticiã originalẽ (vt dicit ansel.) in nos transfudisset adam sicut transfudit originalẽ iniusticiã. sed de iusticia post peccatũ verũ est: z tunc nõ est ad ꝓpositũ: qz illã nõ oportuit habere nisi p fidem mediatoris: z ita retorquet ad secundũ adã nõ ad primũ: z iõ ipe nõ habuit illa vt originẽ et fomitẽ/ sz vt infusam z originatã ab ipso de cuiꝰ plenitudine oẽs accepimꝰ. Ad aliud dõm q̃ fides mediatoris est subale fm oñe tempꝰ sz baptismꝰ fm statum in quo ẽ institutꝰ. Sol'o dõm q̃ trãsit actu z remanet reatu. Ad id qõ vlteriꝰ querit dõm q̃ actu manere exponit duob̃ mõis. s. pñtialit quo ad ptẽ materiale/ sicut dicimꝰ q̃ iste actualiter est ceꝰ vel actu id est inclinatiõe ad actũ. s. pnitate cõcupie/ z vtrũq̃ pt intelligi z intelligit a diuersis. Ad aliõ dõm q̃ culpa respicit ꝓprie actũ volũtat ꝓprie: z iõ sz originale sit i gñe culpe (vt sup̃ bitũ est) tñ rõnẽ reatꝰ magis bz cõpletã q̃ rõnẽ culpe: z iõ dicit q̃ transit reatus: reatꝰ eñ ꝓprie magis est ex alio q̃ culpa: tñ id qõ concludit obiectio fm rei veritatẽ est verũ. Ad aliud ptz sol'o p ante dicta: qz cõcupiscẽtia pot ꝛsiderari stans sub deformitate: z sic superi̊ dirit eã originale z pctñ cõsiderari vt materialia reliquia original: z sic remanet post baptismũ: z sic loquit b. Ad aliõ dõm q̃ post baptismũ nõ manet vt notat fm qõ dicit Augꝰ: scz vt inficiat ꝓpriã animã: qz sicut sup̃ dictũ est nun q̃ inficit nisi qñ est in actu nature: qz sic est ad naturã cõem respicies q̃ in Adã est corrupta: actꝰ ãt iste nõ ẽ ꝓpagatio: z iõ nõ inficit nisi in illo. vñ nulla est q̃stio de corpe baptisati: qz nõ ẽ nisi materiale

Ad primũ

Ad 4m

Ad. q. z ad quintũ

Ad 6m.

Ad 7m

Ad 8m z reliqua.

Itẽ b̃ videi iosue z alij vbi filij isrl' nũq̃ potuerũt totaliter eijcere inimicos suos.

vocat volũtariũ: qz ex pria hois mala volũtate cõtractũ: factũ est q̃ dãmõ hereditariũ.

Quare deus aiam corpi iũgit sciens eã inde maculari: ⁊ iõ damnari.

Si vero querit cur deus q̃ fecit animã ipam sine macula: ⁊ scit eã ex corporis cõiunctione maculã peccati cõtrahere: ⁊ aliquãdo añ baptismũ seiungi ab ipo corpore ⁊ sic dãnari eã corpi iũgit? Respondem⁹ ex altitudie iudiciorũ dei id prouenire: ⁊ nec iniuste id a deo fieri. Ipse eñ nõ incõgrue humane cõditõis modũ quẽ a principio instituit: licet peccata hoim intercesserint: sine imutatiõe continue seruat. Corpora de materia principio sine vitio facta fingens animasq̃ de nihilo creans: eorũq̃ cõiũctione hominẽ pficiẽs. Cũ ergo vtraq̃ hominis natura a deo sine vitio sit instituta licet a se peccato sit vitiata: non ideo imutabilis deus humane cõditiõis primariã legem mutare debuit siue ab hominũ multiplicatione desistere.

An aia sit talis qualis a deo creat.

lib. retracta. quō intelligendū sit aperit dicens: Vitandū est ne male intelligat qd dixi deus auctor mali nō est: qui ⁊ omniū que sunt auctor est: qr in quantū sunt in tantū bona sunt: ⁊ ne hinc putet nō ab illo esse penaz malorū que vtiq; malū est his qui puniunt: sed hec ita dici sicut dictū est: deus mortem nō fecit: cū alibi scriptū sit: mors ⁊ vita a domino est. Malorū ergo pena que a deo est: malū est quidē malis: sed in bonis dei operibus est: quoniā iustum est vt mali puniant: ⁊ vtiq; bonū est omne qd iustū est. Sic ergo dicit deus nō fecisse mortē: qr nō fecit illō p quo mors infligit: id est peccatū. Audisti lector causam dictorū ex qua sana intelligentia format cum dicit: deus nō est auctor mali: ⁊ deus mortem non fecit.

Sap. I. Eccli. II.

Arti. III

Querit an omnis pena sit a deo.

Arguit po 20

Deinde querit de hoc qd dicit in vltimo capi. ibi [Cū igit omnes in hoc cōsentiāt] Hic videt dicere mgr q omnis pena sit a deo: ⁊ hoc nō videt: qr legit q deus mortē nō fecit. Itē deus nō facit quo opus suū sit deterius: sz corruptōe opus deteriorat: g̃ si nec corruptionē corpis facit nec aie. Sz in contrariū est qd dicit mgr in littera: qr ita legit in glo. sup illud ad Rom. I. deus operat in cordib hoim ad inclinandas eorū voluntates in qd voluerit siue in bonū siue in malū. Solo mgr hic inuenerit vnā distinctionē q est pena acta ⁊ cōtracta pena / ⁊ pena inflicta. Pena acta siue qua facim peccatū est / ⁊ hec nō est a deo / vt dicunt. pena cōtracta fomes est q in quantū cōtra voluntatē reluctat pena est a deo iuste inflicta: in quantū aūt ad malū inclinat non est a deo sed ab hoie / vt dicunt. Inflicta autē simplr est a deo / sicut inflictio ignis: sz qr mgr dicit absolute omnē penā esse a deo. ideo dicendū est aliter q pctm (vt supra patuit) ab alio est peccatū ⁊ ab alio pena. pena aūt est damni aut infligens. si damni / tunc est a deo indirecte: qr nō influit speciē gratie vel boni supplētis damnū / ⁊ huius influentie non est ipse causa / sed auertens se ab eo. vñ licet hac pena non sit opus suū deterius ī corpore ⁊ in aia: tm ipse nō facit hoc nisi mōdicto / ⁊ sic etiā intelligit q deus nihil corrumpit existentiū. s. agendo / sz corpalit potius ex eo q nō influit esse / sicut faciebat: ⁊ hoc nō ideo: qr aliter se habet deus ad rem q corrūpit q̃ prius: sz potius ideo qr res corrupta aliter se habet ad ipm: pena aūt infligentē infligit deus / p hoc q influit spēm alicui afflictiuā q̃ cōtrariat nature bone ꝓter ordinē iusticie p hoc pater solutio ad primū q̃liter deus mortē corpis ⁊ anie facit ⁊ qualiter nō facit. Ad aliud dōm q illa glo. ad Rom. bona est ⁊ subtilis / ⁊ prima ps ipsius tangit id qd operat deus / scz substantiā act: ⁊ secda pars tangit opus ordinis: qr maliciā nō facit sicut ipa nihil est / sed malū inclinat in qd voluerit ordinādo vt ex eo eliciat bonū ꝓter qd sinit fieri maliciā. Et per hoc patet solutio ad totum.

In ptrariū

Solutio

Alia solo p deo sed ab hoie

ꝓter mgrm ⁊ ad primū

Ad 2m

De voluntate ⁊ fine ex quo ⁊ ip sa iudicatur.

Post predicta de volūtate eiusq; fine disserendū est. Sciendū ergo est q ex fine suo (vt ait Aug.) voluntas cognoscit vtrū recta an prava sit. Finis aūt bone voluntatis beatitudo est: vita eterna: ipse deus. Male vero finis ē aliud. s. mala delectatio vl aliquid aliud in quo nō debet voluntas quiescere. Finē bonum insinuat ppheta dicens: Omnis cōsummatōis vidi finem ⁊c. Charitas ergo ad latum mandatū est: finis omnis cōsummatōis est: id est omnis bone voluntatis ⁊ actionis ad quā omne preceptū referendū est. Vnde Aug. in Enchi. Omnia pcepta diuina referūtur ad charitatē. De qua dicit apl'us: Finis pcepti est charitas de corde puro ⁊ cōsciētia bona ⁊ fide nō ficta. Omnis itaq; precepti finis charitas est: id est ad charitatē refert oē preceptum. Qd vero ita fit vel timore pene vel aliqua intentione carnali vt non referat ad charitatē que est dilectio dei ⁊ primi: nōdum fit quēadmodū oportet fieri: q̃uis fieri videat. Tūc eēm recte fiunt que mādat deus ⁊ que cōsilio monet cum referunt ad dilectōnē dei ⁊ primi. His verbis apte insinuat q̃s sit rectus finis volūtatis siue actōis bone scz charitas q̃ ⁊ deus est: vt supra ostēdim.

DI. XXXVIII q̃lit in gñali per actū volūtatis pctm̄ introducit.

Ps. 118

I. Timoth. I

Post pdicta de volūtate eiusq; fine ⁊c. Hic incipit ps in qua mgr agit de q̃ntitate actōnis in cōmuni in bona ⁊ mala actōne. et b̄ facit vt melius videat quātitas pctī de qua hic intendit. Diuidit aūt in tres ptes: in quarū prima agit de quantitate actōis interioris q̃ est voluntas. In scda de q̃ntitate actōis exterioris q̃ est op. Et hec incipit infra dist. xl. ibi [Post hec de actibus ⁊c.] In tertia gratia cuiusdā qd dictū erat: scz q intentionē fides dirigit q̃rit de actib infideliū distin. xlj. ibi: [Cūq; intentio vt sup ⁊c.] ⁊ post sequit ps q̃ est de modis pctōr vt patz ex diuisōe superius assigta. Prima bar diuidit in duas: in quarū prima mgr q̃rit de q̃ntitate volūtatis. in scda aūt quare ipa voluntas est pctm̄ determinatū: ⁊ hec incipit in seq̃nti distin. ibi [Hic aūt orit questio ⁊c.] Presens disti. diuidit in duas ptes: in q̃rū prima tangit ea q̃ faciunt ad q̃ntitatē voluntatis demōstrandā. Et in secunda querit qd interest inter voluntatē ⁊ intentionem q̃ mēsurat voluntatē ibi [Solet aūt queri ⁊c.] In prima aūt barū mgr tria facit: primo enim ostendit q mensura voluntatis ex fine est. Scdo querit / vtrū omnes bone volūtates vnū habeant finē ⁊ omnes male vnū vel diuersos ibi [Sz q̃rit vtrū omnes bone ⁊c.] In tertia determinat quoddā obiectum Aug. cōtra determinata ibi [Verūtū huic sniē ⁊c.]

A

Vtrū voluntatis q̃ntitas pensetur ex fine.

Arti. I

Incidit aūt dubitatio circa primū vtrū volūtatis quātitas pensetur ex fine: ⁊ si ex fine pensat ex quo fine pensetur. Ad primū sic: Omne agens per intentōnē ⁊ intellectū nisi vane agat pre-

Arg. primo

stituit sibi finem ad quē mensurat totū opus: voluntas est sic agens: ḡ pstituit sibi finē ad quē mensurat totū op⁹. Pria pbat ex hoc q ḋcḋ de ope nō pportionat fini illō vanū est. Alia pz ex h qd dicit Dam. q omis voluntas in rōne est. Inde sic tōe op⁹ accipit q̄ntitatē valoris ex eo ad qd mensurat: opus aūt voluntatis totū cōmensurat fini: ḡ totū accipit q̄ntitatē valoris a fine. Item in agentib⁹ fm naturā in quib⁹ est forma finis attendit bonitas generatiōis ⁊ act⁹ ex forma q̄ est finis: ḡ sil'r etiā erit in agentib⁹ ex dilectiōe: ḡ iterū sequit q quantitas actual' volūtatis attendit ex fine. Itē rō boni in omib⁹ est ex fine: ḡ multomagⁿ in ope mozali in quo est simplicit bonū qd est honestū: ḡ cū opus volūtatis sit solū morale q̄ntitas bonitatis vl' malicie accipietur ex fine. Itē Boe⁹ in topicⁿ dat istā maximā: Cui⁹ finis bonus est ipm quoq bonū est. et cui⁹ finis malus ipm quoq malū est. si ḡ bon⁹ finis facit bonū: ⁊ q̄ntitas boni faciet q̄ntitatē boni a volūtate: ḡ q̄ntitas voluntatis attendit ex q̄ntitate finis. Itez hoc accipit ex lra p multas auctoritates. Sz cōtra hoc videt esse instantia p multos act⁹/ vt aliq̄s fornicat cū alia qua vt ex illa familiaritate reuocere eā ab heresi hic ē finis bon⁹/ ⁊ tn opus malū. Itē aliq̄s furat vt pascat pauperē/ cui⁹ iterū finis bon⁹ ⁊ op⁹ malū. Solutio/ antiquoꝝ doctoꝝ ad hoc rendit/ q id qd dicit q̄dā glo. sup illud: Lucerna corpis tui est oculus tuus: q q̄ntū intendis tantū facis/ q hoc intelligit in malis gīa aliter pter cōtemptū: qz si intendis leuādo calamū peccare mortalit ⁊ puocare deū tu tantū peccas quo ad deū/ licet nō tantū pecces quo ad primū Sil'r dicūt q generalit intelligit in idifferētib⁹: qz in illis verū est q intentio tua nomen opi tuo ⁊ formā imponit: qz indrīam nō hz rōne meriti vl' demeriti nisi ex intentiōe/ sed in bonis dicebant q pticularis est regla illa: qz in bonis nō tn semp facis q̄ntū intendis. si eīm des obulū ⁊ possis dare plus/ ⁊ intendis tantū mercari p obulū q̄ntū p cētū milia/ nō tantū pter hoc mereberis: ⁊ ita dicerūt etiā de malis pter bonū factis: lz eīm intentō boni diminuat culpā in talib⁹/ nō tn tollit totā nec facit opus meritozū: ⁊ in hac solutiōe steterūt pōsitiu⁹ cātuariēn. ⁊ guiler. antidotozēn. Pōt tn sine p̄iudicio aliter dici distinguēdo in eo qd refert ad finē/ ⁊ ī fine ad quē refert id qd ad finē refert. Loꝝ eīm q ad finē referūt quedā sunt cognata fini ex natura ipoꝝ: hoc est q naturalit sunt ordinata ad ipm: quedā aūt p naturam sunt obliquata ab ipo/ ⁊ qdam nec sic nec illo modo q̄ sunt imposita ad finē ⁊ imposita in obliquatōe ab ipo. Sil'r finis triplex est scz primo q disponit rē relatam ad ipm/ vt termin⁹ mot⁹ disponit ⁊ diffinit motū/ sicut forma finis est in generatiōe: ⁊ iste finis est ps cōplens rem vel in esse vel in bene esse. Est etiam finis vltim⁹ intent⁹ quo quiescit agēs/ lz nō motus p eā ptingat ad ipm/ sicut finis in naturis est cōseruatio speciei. Et est tertio mō finis in quo q̄escit tota intentio motiōis/ ⁊ hic est in natura assimilādo in aliquo primo auctori fm q hoc est vnicuiq motorū secundoꝝ possibile in moribⁿ/ ista adaptant .l. q actio bona est cognata fini bono/ mala aūt obliquata ⁊ indifferēs potentia ad vtrūq. Finis aūt qui est complens actu in bene esse est forma charitat⁹ ī merito. et finis quo quiescit agēs est beatitudo. ⁊ finis in quo quiescit tota intentio est de⁹. Dicam⁹ igit q intentio imponit nomen opi p finē primū siue primū in his que sunt cognata ad ipm ⁊ in his que nō sunt obliquata ad cōrariū/ ⁊ tunc nunq̄ habet instātiā: qz sicut in naturis forma mouēs inducēs est suā speciem in fine motus/ ita quātitas charitatis inducit q̄ntitatē meriti in opere sibi cognato ⁊ indifferēti. et hoc mō pcedūt rōes prius inducte. Ad ea aūt que obīciunt dōm q nō valet: qz nō est in talib⁹ relatio p naturā operis: sed tn p cogitationē agentis: ⁊ de tali relatione non loquit hic mgr: qz illa stulta est si applicat fini quod non est applicabile ei. Et per hoc patet solutio ad totum.

Obīcit in ꝓriū pmo

Solo

Ad obiecta

Qd deus est finis omnis bone actiōis: qz charitas est: nec tn spiritussanctus sed etiā christus ⁊ pater: nec hi sunt tres fines sed vnus

Qui ergo charitatē sibi ponit finē: deum sibi ponit finem: vñ ⁊ xpm finē legis ad iusticiaz dicit aplus esse omni credenti. Et recte dicitur xpus finis legis ad iusticiā: qz vt ait Augustin⁹ in lib. sententiarū psperi: in xpo lex iusticie nō cōsumit sed implet: Omnis eīm p fectio ex ipso ⁊ in ipso est: ⁊ vltra quē non est quo spes se extendat. Finis fideliū xpus est ad quē cū puenerit currentis intentio nō habet quo amplio⁹ possit venire: sz habet id in q̄ debeat pmanere. Finis ḡ rect⁹ atq̄ supmus de⁹ pt ē ⁊ filio⁹ ⁊ spūsctūs: nec hi tres sūt tres fines sz vn⁹ finis: qz nō tres dij: sz vn⁹ de⁹.

Rom. 10

Quis est finis ex q̄ pensat q̄titas volūtatis.

Arti. 5 B Arg. pmo

Secundo q̄rit q̄s sit finis ille: et dicit in lra q est charitas que est finis pcepti. Videt eīm q nō p illud vltimo Eccl'ſ: Finē loquēdi pariter audiam⁹/ vsq̄z/ hoc est omis hō: glo. ibidē .l. ad B est omis homo: ḡ omia referenda sunt ad timorē. Itē q charitas nō sit finis videt ex hoc qd dicit Eccl'ſ. 9 Nescit homo vtrū odio vel amore dign⁹ sit: constat aūt q omis operās scit finē operis sui: ḡ finis nō est charitas. Itē pmo li. distin. j. habitū est q finis dilectiōis ⁊ vsus omis operis est id quo fruendū est. B aūt est deus trinitas/ sicut ibidē dicit: deus aūt trinitas nō est charitas creata: ḡ charitas nō est finis operis. Item beatitudo dicit esse finis omis. appetit⁹ ab aug. ⁊ pho ⁊ boe. hoc aūt nō est charitas: ḡ ipa nō est finis. Itē sicut charitate mouemur ī dei bonitatē/ ita p fidē in vitatē/ ita p spem in eternitatē ḡ vt cū vitas increata ⁊ eternitas sit finis q ita fides possit dici finis sicut charitas. Itē nihil mouet ad finē quē habet iam: hñs aūt charitatē adhuc mouet ī ope meritozio: ḡ nō mouet ad charitatē: id ārt qd ē finis ē id ad qd ē mot⁹: ḡ charitas nō ē finis. Itē p magis vt cē obedīētia finis pcepti q̄z charitas: quia obedīētia respicit omē pceptū inquantū est pceptū: charitas aūt nō: ḡ male videt dicere in lra. Solo dōm q sicut dicit glo. sup illō Titū. I. Finis pcepti est charitas: finis ē triplex. .l. determiatiōis: vt agri in vltima pte sui cū toto cōtinuato ad terminū illū finit: ⁊ finis cōsumptiōis sicut panis finit in vltima pte inquantū nō est plus de pane: ⁊ cōsummatiōis

20

20

30

20

20

30

40

50

60

70

Solo

sicut perfectō finis est. Dōm igiť q̄ charitas est finis opeꝝ p̄cepti cōsumās opa: qz ad ipam vt sunt in merito referūť: qualiter aūt charitas sit finis ⁊ forma ⁊ radix ⁊ mater dictū est in. iij. lib. ⁊. vij. dis. xxxj. hic aūt tm̄ dicť q̄ ipsa est finis inducť p spēm meriti in opus a seipsa: vt est mouēs merentē in opesicut i naturis fm rōnē: idē est mouēs ⁊ finis: sz finis quo q̄s quiescit agēs est beatitudo: in quo aūt quiescit tota intētio est deꝰ trinitas: ⁊ primū quidē est forma actꝰ secūdū autē quies est appetitus: ⁊ tertiū puentio cōpleta intētiōis. vnde primꝰ referť ad secūdū: ⁊ secūdus ad tertiū: ⁊ de his oibus multa sunt dicta in tertio in p̄dictis locis. Ad primū ergo dicať q̄ timor est finis fm q̄d. s. p recessum a malo: sed charitas est semp finis primꝰ actui meritorio in ḡntū meritorꝰ est: ⁊ etiā qz alie virtutes habēt p fine obiectū charitatis. Ad aliud dōm q̄ nihil pbibet charitatē ⁊ finē esse notā ⁊ vt intētā: ⁊ vt informātē aīam esse ignocendū q̄ illud intelligiť de fine quo q̄scit appetitus nō q̄ informat actū vel in quo vt in vltimo intētio requiescit. Ad aliud dōm q̄ impletio gaudij in bono est ad quod se habet verū vt ostēdēs ⁊ eternū vt indeficiēs: ⁊ iō alie nō sunt ita finis sicut charitas: ⁊ alia rō est: qz possunt esse informes: ⁊ iō nō informāt actū meriti: vnde cū forma sit finis actꝰ admīnꝰ nō pūt b̄ mō esse fines. Ad aliud dōm q̄ hoc verū est: sz aliquid mouet vt inducat spēm suā in alto: ita est hic q̄ charitas mouet in ope meritorio: vt in termino opis sicut ipsa faciens vim meriti: vnde motꝰ est vt aliter habeať q̄ habeť. Ad aliud dōm q̄ obediēria respicit p̄ceptū in quātū p̄ceptū: sed nō id qd est p̄ceptum/ nec id qd est opꝰ p̄cepti: ⁊ iō nō pōt ēē finis oīs opis meritorij: sz charitas respicit id qd est p̄ceptū: ⁊ id qd est opꝰ: vt forma actus: ⁊ iō ipsa accipit rōnē finis.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū ⁊ quartū.

Ad quintū

Ad sextū.

Ad ⁊m

Qd oēs bone voluntates vnū habent finem: ⁊ tamen quedā bone diuersos fines sortiunť.

Sed q̄riť vtꝝ oēs bone volūtates vnū tm̄ habeant finē: De hoc Augꝰ in. xi. lib. de trinita. ita ait: Alie atq̄ alie voluntates suos proprios fines habēt: qui tamē referunť ad finez illius volūtatis qua volumꝰ beate viuere: ⁊ ad eā peruenire vitā que nō referať ad aliud sed amāti per seipsam sufficiat: quēadmodū volūtas videndi finē habet visionē: ⁊ volūtas videndi fenestrā: finē habet fenestre visionē. Altera vero est volūtas per fenestrā videndi trāseūtes cuiꝰ itē finis est visio trāseūtiū. Ad qd etiā p̄dicte referunť volūtates. Item recte sunt volūtates ⁊ omnes sibimet religate si bona est illa ad quā cūcta referūť. Si autem praua est: praue sunt oīnes: ⁊ ideo rectarū voluntatū cōnexio iter quoddā est ascendentiū ad beatitudinē: qd certis velut passibus agiť. Prauarū aūt ⁊ distortarū volūtatū implicatio vinculū est quo alligabiť: qui hoc agit vt proijciať in tenebras exteriores.

His auctoritatū testimonijs euidēter monstratur plures in fidelibus rectas esse voluntates proprias ac diuersos fines habentes: ⁊ tamē vnū eundēq̄: quia omnes referunť ad vnū qui est finis finiū: de quo paulo ante diximꝰ: ita ecōuerso fore est ⁊ in malis.

Quedam huic sentētie videtur aduersari.

Verūtamen huic sentētie qua dictū est fideliū quasdā rectas voluntates diuersos fines sortiri: ⁊ tamen ad vnū referri: videť obuiare qd alibi Augꝰ āmonet ne. s. nobis duos fines constituamus ita inquiens in lib. de ser. domini in mōte. Nō debemus ideo euāgelisare vt manducemus: sed ideo mādūcare vt euangelizemus: vt cibus non sit bonū qd appetitur: sed necessariū qd adijciť. vt illud impleatur: Querite primū regnū dei ⁊ hec oīa adijciētur vobis. Nō dixit primū querite regnū dei: ⁊ deinde querite ista q̄ruis sint necessaria: sz ait hec omnia adijcienť vobis: id est hec cōsequenť si illa queratis: ne cū ista queritis: illinc auertamini: aut ne duos fines cōstituatis vt ⁊ regnū ppter se appetatis ⁊ ista necessaria ppter illud: ergo ppter regnū dei tm̄ debemus opari oīa: nō solā vel cū regno dei mercedē corporalem meditari. Ecce hic aperte dicit: ne duos fines nobis cōstituamꝰ sed vnū tm̄. i. regnū dei: cū supra dixerit bonas volūtates alias ⁊ alias propuos habere fines. Mat. 6.

Hic ostenditur quō licet videantur non repugnent predicta.

Hec aūt sibi nō repugnare aīaduertit q̄ verbis p̄missis simplici oculo diligēter intēdit q̄ eīm dixit: ne duos fines nobis cōstituamꝰ: sed oīa ppter regnū dei faciamꝰ: ipse premisit q̄ debemꝰ mādūcare vt euāgelisemꝰ. Cum aūt hoc ita facimꝰ actiōis illiꝰ finē euāgeliū constituimus: sed ⁊ hunc finē ad regnū dei referimus. Manducamus enim propter euāgeliū ⁊ manducamus ⁊ euāgelisamus propter regnū dei. Duos igiť fines nobis in mādūcādo cōstituimus. Sed ista facientes nūquid peccamus? absit. Nam ⁊ ipse sic facere suadet si diligenter eius verba inspiciamus. Cū ergo ait: ne duos fines nobis cōstituamus fines in diuersa tēdētes intelligi voluit: scilicet quorū alter ad alterū nō referať: ita ⁊ cum dicit propter regnū dei tm̄ omnia agenda: nec cū ipso mercedē tpalem meditandā: ita intelli-

gendũ est: vt nõ appetẽdo meditemur cũ regno mercedẽ tpalẽ: ita q̃ nõ ꝓpter regnũ: sz ꝓpter se: vt. s. regnũ ꝓpter se appetamus et
Luc. 12. ista ꝓpter illud: sicut ipse docet. Si eñ petimus vitã eternã: petimusq̃ etiã tpalia a deo si ea petim⁹ ꝓpter vitã eternã nõ offendim⁹
Mat. 6. neq̃ sinistra tunc scit quid faciat dextera: q̃a mercedẽ tpalem nõ ꝓpter se meditamur: sed
Lan. 2. ꝓpter regnũ dei: vt sit leua sub capite ⁊ dextera in amplexu. Alioquin si hec tpalia propter se querim⁹ sicut eterna miscẽt dextre sinistra. Ideoq̃ cũ dñs dixerit: Attẽdite ne iusticiã vestrã faciatis coꝛã hoĩbus vt videa
Mat. 5. mini ab eis. Alibi ait: Sic luceãt opa vestra bona coꝛã hoĩbus vt glorificẽt patrẽ vestrũ qui in celis est. Propter deũ ergo omnia facienda sunt: vt oĩa que facimus omniũ q̃ fines ad eũ referamus.

Arti. III. E Utrũ sit vnus finis bonarũ voluntatũ: et vtrũ duo fines possum⁹ nobis ponere: ⁊ an boni mercenarij merentur.

Oind querit de hoc qõ dicit in secũda parte ibi [Sed q̃rit vtrũ oẽs volũtates bone ⁊c.] Et querũt duo quaꝝ primũ est Utrũ vn⁹ sit finis bonaꝝ volũtatũ. Scõo vtrũ vn⁹ finis sit maꝝ vt videt dicere in lra. Ad primũ sic videt ei q̃
Arguit p̃o q̃ non. nõ sit vn⁹ finis bonaꝝ volũtatũ: q̃ si finis est perfectio rei sic dĩnt pfecta: ita differũt pfectiões: opa aũt meritoria dĩnt etiã in codẽ hoĩe: q̃ ⁊ pfectio fm finẽ.
20 P̃ habitũ est q̃ charitas est finis ⁊ bꝛitudo ẽ finis ⁊ de⁹ finis: q̃ videt q̃ multi sint fines etiã eiusdẽ ho
Sol'o. minis ⁊ eiusdẽ opis. Si dicas q̃ istoꝝ finiũ vn⁹ refertur ad alterũ: ⁊ sic finis vltim⁹ est vnus: sed citra
30 vltimũ nõ sunt plures fines. Adhuc videt hoc esse falsum: q̃ dicit in lra in fine p̃cedẽtis dis. q̃ finis sũt p̃ ⁊ fili⁹ ⁊ spũsanct⁹: ⁊ cõstat q̃ illi eq̃les sunt: ergo
Sol'o vn⁹ nõ referr̃ ad alterũ: q̃ sunt plures fines. Si dicas q̃ illi sunt vn⁹ finis in q̃ntũ sunt vnũ sũmũ bonũ
40 Cõtra fides ponit eos tres q̃bus est fruẽdũ vt habetur in prima dist. li. j. ergo ponit eos tres q̃b⁹ amore inberem⁹ ꝓpter se: q̃ tres fines: q̃ nihil diligit ꝓ
50 pter se nisi finis. Itẽ cũ finis intellect⁹ sit veritas: ⁊ hec distinguat articulos p fidẽ videnr̃ plres esse fi
60 nes. P̃ cũ sit sapiẽtia diuina ⁊ potẽtia ⁊ bonitas ⁊ virtus ⁊ multa alia que sunt deus / ipse videt multi
plex esse finis fm rõnẽ mltiplicitatis oĩm attributo
q̃stiũcla p̃a rũ: ergo nõ est vn⁹ solus finis. Iuxta hoc vlterius
Arguit p̃o q̃ sic. querit vtrũ duos fines nobis possum⁹ ponere. Videtur aũt q̃ sic q̃ in multis ecclesijs cõsuetudo ẽ dare denariũ veniẽtib⁹ ad matutinas vt libẽti⁹ veniãt
20 ⁊ cõstat q̃ nec dãtes nec accipiẽtes cõdẽnam⁹. Itẽ apl's debet in spe qui arat arare: ergo laboꝛãs mercedẽ põt spe ꝛare tpalẽ: q̃cq̃d aũt sperat intẽdit: q̃ põt
30 intẽdere in laboꝛe finẽ illũ. Itẽ laboꝛãtẽ agricolã
40 oportet percipere de fructib⁹. Itẽ alibi dñs ordinat
50 vt qui altari seruit de altari viuat. Itẽ alibi: Non
60 alligabis os boui triturãti. Itẽ alibi: Si nos vobis tpalia seminam⁹ magnum ẽ si carnalia vꝛa metim⁹ ⁊c. q. d. nõ. Itẽ in lra etiã habet le ua ei⁹ sub ca
70 pite meo. i. tpalia in sustẽtatiõe. Sed cõtra est qõ
Argu. i op positũ q̃ ñ primo.

dicit Aug. in cõfes. Min⁹ te amat q̃ tecũ aliq̃d amat id est min⁹ q̃ teneat. Itẽ sup illud Deut. 6. Diliges dõm deũ tuum ex toto coꝛde tuo ⁊c. dicit glo. q̃ 20
nõ vult de⁹ amoꝛẽ suũ diuidi: ergo nihil cũ deo ẽ diligendũ. Itẽ Esa. 27. Coangustatũ est stratũ: ita vt alter decidat palleũ bꝛeue ẽt ⁊ vtrũq̃ coopire non 30
põt: ergo nit de charitate: ergo nihil operit cũ deo: q̃ Questio
nõ possum⁹ facere duos fines. Querit etiã vlteri⁹ la secũda.
de bonis mercenarijs qui videnr̃ facere duos fines q̃ seruiũt ꝓter regnũ celoꝛũ ⁊ nõ ꝓter deũ: ibi enim Arguit q̃
fm hoc videnr̃ peccare. Itẽ ps. 117. Cõfitemi domino q̃m bon⁹ nõ dicit: q̃m mihi vel tibi bonus: ergo debet diligi ꝓter se: ⁊ nõ ꝓter aliquã vtilitatem 20
tpalem vel eternã: ergo videt q̃ seruiẽtes p̃ mercede eterna peccãt. Sz cõtra in luca Quãti mercenarij in domo p̃tis mei abũdãt panib⁹: ergo illi mercenarij nõ pereũt: q̃ põt aliq̃s sibi cõstituere fines bꝛitudi
nis create in seruicio dei. Sol'o facile est hic respõdere obiectis fm supꝛa determinata: dõm igit ad p̃ mã partẽ obiectionũ q̃ nõ est nisi vn⁹ vltim⁹ finis / ⁊ vnũ obiectũ fruitiõis: vt in. j. lib. di. prima determinatũ est: ⁊ licet fides distinguat: tñ cõplemẽtũ gaudij nec est in intellectu nec in veritate: sed in effectu ⁊ bonitate: ⁊ iõ vn⁹ finis. Ad aliud dõm q̃ nullum attributoꝝ dicit duo simul. s. diligibile ꝓter se: ⁊ rõ nẽ diligibilis ꝓter se nisi tm̃ bonitas: ⁊ iõ ipa sola est finis: ⁊ in rõne finis: sed alia attributa sunt quedã fi nis: sed nõ in rõne finis. Ad secũdã partẽ respõdẽdũ p distinctionẽ q̃ finẽ vltimũ nõ possum⁹ cõstitue re nisi vnũ: sed citra vltimũ possum⁹ bꝛe alios fines: vt dicit in lra: ⁊ hoc dupl'r. id ei qõ querit citra deũ duob⁹ modis q̃rit. s. ad deũ tm̃: sicut illi q̃ nõ querũt nisi vnũ faciãt sibi instrm̃ merẽdi: vt q̃ oĩa dãt in elemosynas: q̃rit etiã ad dilectionẽ citra deum tm̃ ⁊ illi edificãt ligna / fenũ / stipulã: sed tm̃ merito fundamẽ ti ⁊ charitatis: qua nihil est tm̃ vt deũ dilexerũt salualunt. Ad hoc autẽ qõ obijcit in cõtrariũ dõm q̃ cũ dicit Aug⁹ Min⁹ te amat ⁊ telligit fm q̃ li. te. dicit associationẽ equalitatis vel ꝓtrarietatis: q̃ tũc petm̃ mortale est talis dilectio ⁊ est libidinosa q̃ deũ nõ ꝓponit oĩbus creatur⁹. Ad alia oĩa dõm q̃ intelligunt de fine citra finẽ ⁊ nõ peccãt in talib⁹. Ad tertiã partẽ obiectionũ est disputatũ etiã sup tertiũ. de numero diligẽdoꝝ. Et dõm q̃ bon⁹ mercenari⁹ nõ tm̃ nõ peccat sz mltũ merert: q̃ idẽ est merces eterna qõ ipse de⁹ fm cãm: licet bꝛitudo creata formaliter nõ sit de⁹: sz ipse refert eã vlteri⁹ ad deũ tãq̃ optimũ sibi. Ad hoc aũt qõ obijcit dõm q̃ idẽ bonũ simpliciter bonũ ⁊ nõ bonũ in glia: sz ĩ statu sensualitat⁹ nõ sp sit idẽ ⁊ bon⁹ mercenari⁹ attẽdat sibi bonũ fm statũ glie: ⁊ iõ ꝓfitetur q̃m bon⁹: ⁊ p b̃ pz sol'o ad totũ.

Utrũ malaꝝ actionũ sit vn⁹ finis. s. auari ⁊ luxuriosi. Arti. III. D

Secũdo q̃rit vtꝝ malaꝝ actionũ sit vn⁹ finis Et videt q̃ sic p b̃ qõ est ĩ lra in triby locis. i. Arguit p̃o
in isto capl'o sel'ibi [Sz q̃rit ⁊c.] ⁊ ĩ illo capl'o q̃ sic.
[Solet aũt q̃ri ⁊c.] ⁊ bis p vba Aug. sup illos versus ps. Scrutãs coꝛda ⁊c. ⁊ in laõ isto quẽ abscõderũt ⁊c. Itẽ p rõnẽ oẽs vt dicũt Aug⁹ ⁊ Boe. volũt bꝛẽ viuere: ⁊ ꝓter illud agunt: q̃cq̃d agũt: q̃ non tm̃ est vn⁹ finis malaꝝ actionũ: sed etiã oĩm actionũ bonaꝝ ⁊ malaꝝ. s. bꝛitudo. Sz q̃ videm⁹ q̃ ñ ẽ vna dilectio fm rõz spẽi q̃ mouet auaꝝ vl luxuriosũ: ⁊ b̃ pz m opib⁹: q̃ nõ oĩm malarũ actionũ est vn⁹ finis. 20 p rõnẽ
In ꝓtrariũ primo sic.

20 Itē prodig⁹ ⁊ auar⁹ impossibile est q̃ delectēt̃ in
vno fm rōnē: ergo nō oim malaꝝ actionū vn⁹ est fi-
Solo nis ⁊ in spē delectatōis. Et si dicas q̃ hoc est libi-
30 do. Cōtra ista libido diuersificat fm materiā: ma-
4° teria aūt differt spē ī malis actib⁹: g̃ ⁊ libido g̃ libido
nō est vna nūero nec vna spē. Itē falsū videt q̃ oēs
appetāt beatitudinē: q̃ nos videm⁹ q̃ multociēs q̃-
Solo dā querūt infelicitatē: id aūt appetūt in actōe qō q̃-
ad totū ritur per ipam: ergo nō oim finis est beatitudo. So-
lutio dōm vt mihi videt q̃ bonaꝝ actionū oim finis
vltim⁹ est vn⁹ numero ⁊ rōne ⁊ sūba qui est deus ipe
siue sūmū bonū: sed fines q̃ sunt circa illū nō sūt vn⁹
sed multi ad illū ordinati: actionū autē malaꝝ nō vi
detur mihi esse finis vn⁹ nec numero nec spē vt pbāt
obiectiōes: sed cā. q̃ oīs dilectio mala cuiuscūq̃ spēi
causat̃ ex inordinato amore sui: vt dicit Aug⁹ sup il
lud: Incēsa igni ⁊ suffossa: quia licet due sint radices
mali: scz timor male humiliās ⁊ amor male īflāmās
tū etiā vt ipse dicit / timor nascit̃ ex amore: sz actionū
simul bonaꝝ ⁊ malaꝝ nō est finis vn⁹ nisi fm ana-
logiā: ⁊ nō spē vl' numero: ⁊ hoc est beate viuere que
beatitudo cōsiderat̃ duplicit̃. s. fm id qō vere est siue
p sūbam siue p suppositū: ⁊ sic nō appetit̃ nisi a dire-
cte q̃rētib⁹ ⁊ inuenīētib⁹ eā. cōsiderat̃ etiā fm rōnem:
⁊ hoc dupliciter: fm rōnē verā q̃ est fm naturā ipsi⁹
⁊ hoc mō ite ꝝ nō appetit̃ ab oīb⁹ ⁊ p sidaret̃ fm rōnē
cōem bis ex quib⁹ cōstat: ⁊ hoc cōitate analogie non
spēi: sicut dicit Ansel. q̃ cōstat ex cōmodis ⁊ hoc ve-
ꝝ est q̃ oēs appetāt cōmode ⁊ p volūtate viuere: ⁊ hoc
quer̃it̃ in omni actōe ⁊ hoc mō oēs appetūt bte viue
re: sz hoc nō est hīe bītudinē p fine act⁹ nisi fm quid
⁊ nō simplr: ⁊ per hoc patet solutio ad totū.

De differentia voluntatis intē-
tionis ⁊ finis.

Solet etiā queri quid distet inter voluntatē
⁊ intentionē ac finē. Ad qō dici pōt inter vo-
lūtatē ⁊ finē certo atq̃ euidēti mō distinguit̃
q̃ volūtas est qua volum⁹ aliquid. Finis ve
ro volūtatis est vel illud qō volum⁹: per qō
implet̃ ipsa volūtas: vel potius aliud ꝓpter
qō illud volumus. Intentio vero interdū p
volūtate: interdū p fine volūtatis accipitur
que diligēs ac pi⁹ lector in scriptura vbi hec
occurrūt discernere studeat. Finis vero vo-
luntatis est delectatio bona vl' mala: ad quā
nitit̃ quisq̃ peuenire. Vnde Aug⁹ sup illū locū
psal. Scrutans corda ⁊ renes: sic ait: De⁹ so-
lus scrutatur corda. i. quid q̃sq̃ cogitet: ⁊ re-
nes. i. quid quēq̃ delectet. Quia finis cure ⁊
cogitationis est delectatio ad quā cura ⁊ co-
gitatiōe nitit̃ quisq̃ peruenire ⁊ paulopost.
Opera nostra que sunt in dictis ⁊ factis pūt
hoīes videre: sed quo aīo fiant: ⁊ quo venire
cupiāt solus de⁹ videt: qui cū videt cor esse
in celo: ⁊ nō delectari nos in carne: sed in do
mino. i. cū bone sunt cogitatōes ⁊ earū fines
dirigit iustū. Idē sup alteri⁹ psal. locū illum
sez In laqueo isto quē abscōderūt cōphēsus
est pes eoꝝ. Dicit pes anie amor est: q̃ si prauus
est: dicit̃ cupiditas vel libido: si rect⁹: dicitur
charitas. Eo mouet̃ anima quasi ad locū q̃ tendit. i. ad delectationē bonā vel malā
quo se peruenisse p amorē letat̃. Finis g̃ voluntatis vt premissum est dicit̃ ⁊ illud qō volumus ⁊ illud ꝓpter qō volumus ⁊ intentio ad illud respicit propter qō volumus ⁊ volūtas ad illud qō volumus: vt verbi gratia: Si velim esuriētē reficere vt habeā vitā eternā voluntas est qua volo reficere esurientē: cuius finis est refectio esuriētis. Intentio vero est qua sic ad vitā peruenire volo. Finis vero supremus est ipsa vita: ad quam ⁊ alius finis refertur.

An illa intentio sit voluntas.

Sed quer̃it̃ vtrū intentio talis sit volūtas: ⁊ si volūtas est: an in hoc opere sit vna eadēq̃ voluntas: qua volo reficere esurientē: ⁊ qua volo habere vitam eternā? Videt̃ nempe talis intentio volūtas esse: vt eīm volūtas est: qua volo reficere pauperē: ita ⁊ volūtas est qua per illud volo habere vitā. Et alia quidem videtur voluntas esse qua volo habere vitā: ⁊ alia qua pauperi subuenire volo. Sz ista ad illā referr̃. Nam ⁊ si hoc ita placeat vt in eo cum aliqua delectatiōe volūtas acq̃escat nōdū est tamē illud quo tendit̃: sed hoc ad illud refertur vt illud deputetur tanq̃ patria ciuis: istud vero tanq̃ refectio vel mansio viatoris: ⁊ sunt iste volūtates affectus siue mot⁹ mētis quibus quasi gressib⁹ vel passibus tendit̃ ad patriā. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras: vt supra docente Aug. didicim⁹: altera que ex ista nectitur volūtas. s. per fenestras vidēdi transeuntes. ita nōnullis alia videt̃ esse volūtas elemosynas dandi pauperi: alia volūtas habēdi vitam. Alij autem putant q̃ vna sit voluntas ⁊ hic ⁊ ibi: sed propter subiectorum multiplicitatem diuersitas memorat̃ voluntatū. Ceterum quodlibet horū ve ꝝ sit illud nulli in ambiguū venit quin voluntas ex suo fine pensetur vtrū recta sit an praua: peccatū an gratia ⁊ quin nomine intētōis aliquādo finis aliqñ volūtas intelligatur.

Solet etiā queri quid distet inter volūtatē ⁊c. Et habet duo capitula. in quoꝝ primo distinguit inter finē / volūtatē ⁊ intētionē. In secundo tāgit qualiter in vno opere materiales volūtates ⁊ materiales fines sunt plures: ⁊ tū est vna vltima voluntas ⁊ vn⁹ vltim⁹ finis. ⁊ hoc plane patet in littera illius capli ibi [Sed quer̃it̃ vtrū ⁊ intētio ⁊c.]

Vtrū intētio sit habitus vel act⁹ vel pas-

sio: ⁊ vtrũ sit in anima ex parte intellectꝰ ⁊ affectus: ⁊ vtrũ sit finis.

Arguit ꝓ q nõ habitus vel potentia.

Q̃ non sit etiã passio.

Arguit q sit habitꝰ q̃stiũcla ꝓ

Arguit ꝓ q ex parte affectus

Videt̃ ẽm q nõ sit habitꝰ vel potẽtia: qꝛ dormiẽtẽ dicimꝰ nihil intẽdere: cũ tũ in dormiẽte dicamꝰ esse potẽtias ⁊ habitꝰ. Eadẽ rõne videt̃ q nõ sit passio: ergo videt̃ q nihil eorũ que sunt in aĩa: qꝛ tria in aĩa ponit phs passiões / potẽtias ⁊ habitꝰ: ⁊ ecõtra videt̃ q sit habitꝰ: qꝛ in euãgelio cõparat̃ lumini vbi dicit: Vide ne lumẽ q̃ in te est tenebre sint potẽtie lumẽ aũt habitꝰ est: ergo videt̃ q intẽtio sit habitꝰ. Itẽ queri̇t̃ vlteriꝰ vtrũ sit in aĩa ex parte affectꝰ vel ex parte intellectꝰ. Videt̃ autẽ q ex parte affectꝰ: qꝛ dicit Augꝰ bi cin lr̃a q est volũtas cum fine: volũtas aũt fm affectũ inest hoĩ. Itẽ phs dicit q volũtas est finis: cũ igit̃ intẽtio sit relatio ad finẽ vt dicit̃ in lr̃a videt̃ intẽtio inesse fm volũtatem.

In ꝛriũ ꝓ sic argu. ex parte intellectus.

Itẽ penes intẽtionẽ est meritũ vel demeritũ: ⁊ q̃ntitas boni ⁊ mali: vt supra habitũ est: penes intellectũ aũt vel affectũ rõnis nihil horũ est: ergo intentio inest penes affectũ. Sed ꝛtra in euãgelio cõparatur oculo cũ dicit dñs Lucerna corpis tui ẽ oculꝰ tuus: ⁊ iterũ: si oculus tuꝰ fuerit simplex: totũ corpus tuũ lucidũ erit. i. tota ꝛgeries operũ; oculus autẽ nõ est affectꝰ: sz aspectꝰ: ergo intẽtio inest fm intellectũ ⁊ nõ fm affectũ. Itẽ cũ dĩ ego intẽdo hoc sensus est ego p̃stituo opi meo finẽ hũc: ꝓestituere aũt sibi finẽ est potẽtie cõferẽtis. cũ igit̃ volũtas nihil cõferat videtur intẽtionõ inesse fm voluntatẽ: sed fm rõnem.

Questiũcula secũda

Itẽ volũtas nũq̃ vult volitũ aliq̃ nisi nunciet̃ a rõne eo q ipsa oculũ videdi volitũ non habet. Itẽ nec põt videre finẽ nisi p̃stituat̃ a rõne. cũ igit̃ intẽtio p̃mõstret finẽ: videt̃ intẽtio inesse fm rõnẽ: ⁊ non fm volũtatẽ. Ulteriꝰ q̃rit̃ de hoc q̃ dicit in lr̃a. ij. ca. q intẽtio est finis: hoc ẽm falsum videt̃ p hoc q intẽtio est relata ad finẽ: finis aũt ad finẽ nõ referꝛ: ergo intẽtio nõ est finis.

Solo ad p̃ma obiecta.

Solo dõm sine p̃iudicio ad p̃mũ q intẽtio est actꝰ: cũ aũt obij̃cit q̃ dicẽ phs q tria sunt in aĩa: dõm q intelligit̃ de his circa q̃ ꝓsistit virtus fm subam: qꝛ fm subiectũ ẽ circa potẽtiã ⁊ fm essentiã est habitus: ⁊ fm materiã est circa passiões: cũ alia sint in aĩa mlr̃a vt actꝰ ⁊ spẽs ⁊ hmõi.

Ad q̃stiũcula primã cũ obiectis.

Ad aliõ puto eẽ distinguẽdũ q intẽtio põt intẽdere ĩ finẽ opationũ vel iudicãdo finẽ tm̃ vl vtroq̃ mõ. Et prĩo mõ sicut viator rẽdit in finẽ viet: ⁊ sic intẽtio est voluntas tendẽs in finẽ: vel vt meliꝰ dicat̃ tẽtio volũtatis in finẽ: ⁊ in hoc sil'is est illi q̃ digito stãs in via mõstrat: et prĩo mõ intẽtio est in volũtate: ⁊ hoc mõ loq̃t̃ Aug. ⁊ alie rões ad hoc inducte. Secũdo mõ est in rõne: ⁊ hoc mõ loquit̃ euãgeliũ: ⁊ tertio mõ est volũtatis recte siue regulate a rõe: ⁊ hec est materie p̃rie mõ supra intẽtio. ⁊ p hoc paret sol'o fere ad totũ p̃ter duo.

Ad id q̃ in tertio obij̃citur de merito.

Ad q̃stiũcula secũdã

Ad aũt q̃ obij̃cit q meritũ nõ sit nisi in voluntate dõm q fallum est: qꝛ etiã in rõne practica: sz vt sup̃ dixim̃ in rõe oẽ meritũ est sicut indeterminate: ⁊ in li. ar. sic in eligẽte ⁊ in volũtate sic in cõplente meritũ pfecte volẽdo ⁊ opando. Ad vltimũ dõm q intentio nõ dĩ finis nisi loquẽdo materialit̃ vt intẽtio ponat̃ p intẽto: ⁊ b mõ intelligit̃ id q̃ dr̃ in lr̃a.

Cũ volũtas sit de his que hõ naturaliter habz q̃re pctm̃ fore dicat̃ cũ nullũ aliud naturale pctm̃ sit.

Hic autẽ oritur questio satis necessaria ex superioribꝰ cãm trahẽs. Dictũ est ẽm supra volũtatẽ inesse naturaliter hoĩ sicut intellectꝰ ⁊ memoria. Que autẽ hoĩ naturalia sunt: quãtũcũq̃ vitient̃ bona tm̃ esse nõ desinũt: qꝛ nõ valet vitiũ bonitatẽ in qua deus eã fecit penitꝰ cõsumere: vt verbi gratia. Intellectꝰ vel ratio ⁊ ingeniũ ac memoria: ⁊ si vitijs ac peccatis obnubilent̃ ⁊ corrũpant̃ bona tm̃ sunt: nec pctã nominant̃ sicut Augꝰ de ratiõe que est imago dei in qua facti sumꝰ euidẽter ostẽdit in. xv. li. de tri. Hec est inquit imago in qua homĩes sunt creati: qua ceteris animalibꝰ p̃sunt: que creatura in rebꝰ creatis excellẽtissima: cũ a deo iustificat̃: a deformi forma ĩ formosam mutat̃ formã. Erat ẽm etiã ĩter vitia natura bona: hec autẽ imago ratio est vel intellectus. Cũ ergo volũtas de naturalibꝰ sit: quare ipsa nõ semp bonũ est: ⁊ si aliq̃ vitijs subiaceat. Ad hoc facile respõdẽt qui dicũt oĩa que sunt inq̃ntũ sunt bona eẽ: qꝛ ĩpam voluntatẽ inquãtũ est vel inquãtũ volũtas est vt supra posuimꝰ bonũ esse asserũt: sed inquãtũ inordinata est: mala ẽ ⁊ peccatũ. Vbi põt ab eis rõnabiliter queri. Si voluntas est inq̃ntũ inordinata est: peccatũ est: quare ergo intellectus ratio ⁊ ingeniũ ⁊ hmõi: cũ inordinata sunt pctã nõ sunt. Inordinata vero sunt sicut volũtas cũ ad rectũ finẽ nõ tẽdunt eorũq̃ actus p̃uaricatiões existũt. Ad q̃ illi dicũt volũtatis noĩe aliq̃ vim. s. naturalẽ potẽtiã volẽdi: aliq̃ actũ ipsiꝰ vis significari. Vis autẽ ipsa naturaliter aĩe insita nunq̃ pctm̃ est sicut nec vis memorãdi vl intelligẽdi: sed actus huiꝰ vis qui ⁊ volũtas dicit̃ tũc pctm̃ est q̃ inordinatꝰ est.

Dt. xxxix. q̃re voluntas magis deprauetur i fomite q̃ alia potẽtia.

Hic orit̃ q̃stio satis necessaria]. Nec distinctio ꝛtinet tria capl'a. in q̃ prĩo mgr̃ tãgit q̃re volũtas aliq̃ sit bona aliq̃ mala. In secõo quare huiꝰ naturalis potẽtie actꝰ potiꝰ susceptibil' sit malicie ⁊ bonitat̃ q̃ alĩꝰ. In tertio tãgit de volũtate nat̃ali ĩpfecta ad bonũ. p b pz snia.

Quare actꝰ volũtatis sit pctm̃: si actꝰ aliaꝝ potẽtiarũ nõ sunt pctã.

Sz adhuc q̃rit̃ q̃re huiꝰ natural' potẽtie actꝰ pctm̃ sit si aliaꝝ potẽtiaꝝ actꝰ pctã nõ sũt scz potẽtie memorãdi cuiꝰ actꝰ ẽ mẽorare ⁊ potẽtie itelligẽdi cꝰ actꝰ ẽ itelligere. Ad q̃ ⁊ ipsi dicũt: qꝛ alteriꝰ generẽ actꝰ ille volũtatis q̃ actꝰ mẽorie vl itellectꝰ. Hic ei actꝰ est ad aliq̃d adipiscẽdũ vel nõ admittẽdũ: q̃ nõ p̃ reẽ de malis quin sit malus. Velle ẽm mala ma-

lū est: sed intelligere vel memorari mala malū nō est. Quāuis eorū quidā etiā hos actus malos esse interdū nō improbe asserāt. Memorat eīm interdū quis malū vt faciat. ⁊ q̄rit intelligere vt sciat impugnare. Ecce q̄lit soluit p̄missa q̄stio ab his q̄ tradūt oīa eē bona inquantū sunt. Qui vero dicūt volūtates malas peccata esse ⁊ nullo mō bona: breuius respōdēt dicētes actū volūtates nō eē de naturalib⁹: sed vim ipsam ⁊ potētiā volēdi q̄ semp bonū est: ⁊ in oībus est: etiā in parvulis in q̄bus nōdū est eius actus.

Arti. 1 B

Quare act⁹ voluntatis magis est peccatū q̄ aliarū viriū.

Arguit p̄o c

Circa primā partē incidit dubiū quare actus volūtatis peccatū sit magis q̄ act⁹ aliarū viriū. Videtur eīm actus aliarū esse pctā sicut ⁊ volūtatis: opposita enim nata sunt fieri circa idem: sed virtutes sunt in rōne: ergo ⁊ peccata: prima patz p se; secūda patet p quādam glo. sup illud qd dicit in math. Sile est regnū celorū fermēto qd acceptū mulier abscōdit in farine satis trib. dicit eīm glo. q̄ per tria sata tres vires aīme intelligunt vt in rōne possideam⁹ prudētiā, in cōcupiscibili desiderū virtutū. in irascibili odiū viciorū. Itē sup di. xxiiij. bitū est q̄ pctīm ē i rōe q̄ ad inferiorē ⁊ superiorē partē: ⁊ ē etiā in sensualitate: nō ergo solū⁹ volūtatis act⁹ pctīm est.

20

30

Itē habitū est q̄ pctīm est in li. arbi. vbi dicebat q̄ libe. ar. inflexibile est in bonū ⁊ malū: liberū aūt arbitriū est facultas rōis ⁊ volūtatis: ergo inest pctīm etiā fm actū aliarū viriū. Itē pctīm maculat imagīnē: imago aūt cōplectit memoriā / intelligētiā ⁊ volūtatē: ergo iest pctīm fm partē cognitiuā aīe. Si dicas q̄ inest cognitiue fm q̄ extendit se in praxim vel opationē. Cōtra videt eīm q̄ etiā in cognitiuis que pure cognitiue sūt pctīm sit: scire eīm cui⁹ finis est verū in q̄buscā est, p̄hibitū / vt in sciētijs diuinationū ⁊ nigromātia: nō aūt esset rōnabilis p̄hibitio nisi scire illud esset malū. Cū igit hoc sit in speculatiōe sola in speculatiuis inquātū speculatiue sunt incidit pctīm actu. P videt q̄ plus peccatū sit fm rōnē q̄ fm voluntatē. Phs eīm in fine primi etbi. dicit alias vires susceptibiles esse virtutis fm q̄ participāt aliqualiter rōne q̄ fm idē etiā erūt susceptibiles pctī: ergo rō multo magis: sed ex participatōe volūtatis nulla ponitur in alijs virtutis vel pctī susceptibilitas: q̄ peccatū plus est fm rōnē q̄ fm volūtatē. Itē videtur q̄ insit fm oēm vim: q̄ p pctō tot⁹ homo dānat: sed nō punit nisi in eo in quo deliqit: ergo tot⁹ deliquit: ergo deliquit quo ad oēm vim aīe. Sed cōtra peccatū est volūtariū adeo q̄ si nō sit voluntariū non est pctīm: vt dicit Aug⁹: ergo nō est pctīm nisi id qd ē sub actu volūtatis. Itē supra ostensū est q̄ homo nō est oīs causa sui act⁹ nisi in illa parte q̄ oīno liber est: nō aūt oīno liber est nisi fm volūtatē: ibi aūt pctīm ē vbi homo causa act⁹ est: q̄ pctīm ē fm volūtatē tm. Solutio dōm q̄ sicut sup̄ dictū est pctīm triplicē est in aīa: aut eīm est sicut in discernēte primo ⁊ volēte ⁊ eligēte: aut sicut in obediēte: aut sicut in nō obediēte q̄dē: sed in ordinato ad rōnē ⁊ voluntatē: primo mō est in anima quo ad rōnē ⁊ li. ar. ⁊ volūtatē, secūdo modo quo ad irascibilē ⁊ cōcupiscibilē. tertio modo quo ad sensualitatē que subij cit peccato mortali veniali.

Jn Jriū p̄o

20

Solo.

Primus autē modus subdiuidit in tres vt patet: q̄ tria exigunt ad actus volūtarios. s. decretū vt fiant ⁊ electio que mixta est voluntati: ⁊ tertio completus consensus in opus. quo ad primū horum omne peccatū est in ratōe: ⁊ quo ad secūdū est in li. ar. ⁊ quo ad tertiū est in volūtate: ⁊ id circo cōplemētū est in volūtate ⁊ ratōe: ⁊ etiā libe. arbi. est in potētia ordinata ad cōplemētū: ⁊ sil'iter est de bono: ⁊ per hoc patet solutio ad tria prima. Ad aliud dicēdū q̄ imago accipitur dupliciter. s. per se: ⁊ sic est i simplicissimis potētijs anime: que tm̄ nate sunt ferri in deū p cōnaturales sibi habit⁹: ⁊ hoc mō nō est peccatū in imagine Secūdo mō sumit p illa parte que imitatur quo ad actus. i. que scit ⁊ pōt ⁊ vult libere agere: ⁊ hoc modo peccatū est in imagine: ⁊ hec imago inest fm rōnē ⁊ li. ar. ⁊ tūc redit i eādē distinctionē: q̄ idē est peccatū esse in imagine qd est esse in rōne liberi ar. ⁊ volūtate. Ad aliud dicēdū q̄ in speculatiuis nō est peccatū. Ad obiectū cōtra dicendū q̄ nō p̄hibent hmōi p̄ter scire: q̄ scire bonū est: ⁊ p̄ter p̄mptitudinē ad actū exercentie in ope in ipso sciēte: q̄ act⁹ malus est / ⁊ ad peruersionē cult⁹ fidei ordinat⁹. Ad aliud dicēdū q̄ ibi loquit phs de rōne practica que habet aliqd volūtatis: ⁊ p hoc ipm q̄ ordinabiles sunt a rōne efficiunt magis libere in opere volūtatis. vnde que cū q̄ ordinē accipiūt etiā imperiū libe. a volūtate: ⁊ ideo nō p̄bat per hoc q̄ magis sit peccatū in rōne q̄ volūtate: q̄ phs supponit vnū inalio. Ad aliō dicendū q̄ tot⁹ homo dānat: q̄ actus est tot⁹ homīs licet nō fm totū hominē sicut dixit supra Aug⁹ de viro ⁊ m'liere qñ sola inferior portio comedit: dānatio eīm debet ageti sicut ⁊ op⁹: vires autē fm quas non peccat: licet tot⁹ peccet dānat in eo p̄ter cōiūctionē ⁊ vnionē ad agētē dānatū. Ad id qd cōtra obij cit dicēdū q̄ volūtas cōicat libertatē agēdi etiā in alijs potentijs inquātū est motor viriū aliarū sicut sup̄ notatū est: ⁊ p hoc efficiūt peccati susceptibiles sicut volūtas: licet diuerso mō: sicut patuit p distinctionē supra inductam.

Ad quartū

Ad quintū

Ad sextū.

Ad 7m

Ad id qd ē in cōtrariū

Quō intelligendū sit illud ⁊ homo etiam qui seruus est peccati naturaliter vult bonū.

Preterea queri solet quō intelligēdū sit qd ait Amb. exponēs illud verbū apli: Non qd volo illud ago: sed qd nolo illud facio. Dicit enim q̄ homo subiect⁹ pctō facit qd nō vult: quia naturaliter vult bonū. Sz volūtas hec semp caret effectu: nisi gratia dei adiuuet et liberet. Si homo subiectus peccato est: vult q̄dem malū ⁊ operat: q̄ seruus est peccati ⁊ eius volūtatē (sicut supra dixit Aug⁹) libenter facit quō ergo naturaliter vult bonū? An est eadē volūtas. i. idē mot⁹ q̄ libenter pctō seruit. ⁊ q̄ naturaliter vult bonū? Si nō ē eadē voluntas: que ergo istarū est: qua cū homo iustificatur a seruitute peccati liberatur. vt eīm disseruim⁹ superius: gratia dei volun-

Rom. 7.

tatē hoīs liberat ⁊ adiuuat que volūtate hominis ꝑparat ad iuuandā ⁊ adiuuat ꝑparatā. Sed que est illa volūtas an illa que naturaliter vult bonū: an illa q̄ libēter seruit peccato: si tñ due sunt volūtates? Proposita est questio ꝓfunda q̄ varia a diuersis expositōe determinat. Alij eñ dicūt duos esse motus: vnū quo vult bonū naturaliter: quare naturaliter ⁊ naturalis dicit. Quia talis fuit motus nature humane in prima cōditiōe in qua creati sine vitio sum⁹: que ꝓprie natura dicitur. Fuit eñ homo creat⁹ in volūtate rect⁹. Unde in ecclesiasticis dogmatib⁹ scriptū est Firmissime tene primos homīes bonos ⁊ rectos esse creatos cū libero arbitrio quo possent si vellēt ꝓpria voluntate peccare: eosq̄ nō necessitate: sed ꝓpria volūtate peccasse. Recte ergo dicit homo naturaliter velle bonū: q̄ in recta ⁊ bona volūtate cōdit⁹ est. Superior eñ scintilla rōnis que etiā (vt ait Hieronym⁹) in chain nō potuit extingui bonum semp vult: ⁊ malū semp odit. Aliū aūt dicūt motū esse quo mēs relicta superior legi subijcit se peccatis: eisq̄ oblectat. Iste mot⁹ (vt aiūt) anteq̄ assit alicui gratia dominat ⁊ regnat in hoīe: alterū q̄ deprimit motū: vterq̄ tñ ex libero arbitrio est. Veniente aut grā ille malus mot⁹ elidit: ⁊ alter naturalit bonus liberat ⁊ adiuuat vt efficater bonū velit. Añ grām vero licet naturaliter homo velit bonū nō tñ absolute concedi oportet bonā habere volūtatē: sed poti⁹ malā. Alij aūt dicūt vnā esse volūtatē. i. vnū motū q̄ naturaliter vult homo bonū: ⁊ ex vitio vult hō malū eoq̄ delectat: ⁊ inquātū vult bonū naturaliter bonus est: inquantū malū vult malus est.

Arti. II B

Utrū volūtas naturalis q̄ volum⁹ bonū naturaliter sit aliquid velle actu.

Deinde querit de hoc qd̄ dicat in. iij. ca. ibi [Sed queri solet, ⁊c.] Videt eñ mgr dicere q̄ volūtas naturalis qua volum⁹ bonū naturaliter sit aliq̄d velle actu ⁊ sit motus volūtatis. Videt aūt q̄ nō sit verū: q̄ act⁹ oppositi nō pñt inesse fm idē sit cōstat aūt q̄ petō: cū vult malū fm totā potētiā volūtatis vult malū: ergo fm illā non pōt velle bonū: nō ergo siml' mouet motu i bonū ⁊ in malū: fm vim vnā q̄ sit volūtas. Si dicas q̄ nō est vna voluntas sed due: Tūc quero vtrū due potētie sint: si dicas q̄ sic: ergo due potētie volūtatis sunt in homine: ⁊ b est ociosum cū fm vnā posset velle bonū ⁊ malū: q̄ oēs potētie rōnales sunt ad opposita. Itē velle ve/ vt dicit in lra est ipfectū ad bonū, oē aūt impfectū contingit pficī idē numero manēs fm subam: q̄ nō venit gra liberās cadē volūtas est q̄ vult efficacit bonum. hec aūt est deliberatiua: q̄ cadē est volūtas fm potētie essentiā q̄ naturalit vult bonū ⁊ deliberatiua voluntatis: sed deliberatiua est q̄ vult malū: q̄ cadē fm essentiā potētie est volūtas naturalis ⁊ efficax in bonū ⁊ efficax in malū. Sed dicas q̄ hoc nō est incōueniēs q̄ vna fm essentiā potētia sit in oppositis actibus: q̄ in veritate nō sunt oppositi. ſ. naturalit velle bonū ⁊ deliberatiue velle malū. Cōtra volūtas est ad actū aut ergo ad vnū tñ: aut ad plures simul. si ad vnū habeo ꝓpositū: q̄ tūc cū mouet i bonū siue naturalit siue quocūq̄ alio mō moueat nō mouebit alio actu. si aūt ad plures: ergo ab vno motore simplici inmediato egrediunt act⁹ imediati pl'es: ita q̄ vn⁹ nō p aliū: ⁊ hoc ē incōueniēs: q̄ suppositū a pho q̄ ab vno nō est nisi vnū imediate. Si dicas q̄ ille vn⁹ motor q̄ est volūtas disponit diuersis habitib⁹ scz naturali ⁊ deliberatiuo: ⁊ iō pōt i diuersos act⁹ siml'. Cōtra loq̄mur de cōuersiōe volūtatis p habitū ad actū: aut siml' pōt conuertī ad duos act⁹ aut nō: si simul: q̄ vnū p essentiā ⁊ indiuisibile siml' facit duo qd̄ nō capit intellect⁹. si aūt tūc conuertit se siml' rūc haberet ꝓpositū. ſ. q̄ nō siml' mouet diuersis motibus.

Sed cōtra dicit Dam. q̄ nulla suba destruit sua ꝓpria opatiōe: q̄ nec volūtas naturalis: q̄ semp vult aliq̄d. Itē natural est semp eē i actu: volūtas naturalis est naturalis: q̄ semp est in actu. Sol'o dicendū sine ꝓiudicio q̄ volūtas natuaralis nō semp est in actu ⁊ q̄ simul vult actu bonū cū deliberatiua vult malū: sed vult ipm fm naturā: ⁊ hoc ē velle fm q̄d ⁊ nō simpl'r: ⁊ hoc est dicere q̄ rectrrēs ad ordinē nature vult bonū. sed deliberatio frequēter negligit ordinē illū vel vilipēdit: vnde cōcedo primā partem obiectionū. Ad id ergo qd̄ cōtra obūcit dicendū q̄ est opatio forme subal' q̄ est esse: ⁊ hec est cōtinua opatio ē opatio potētie ꝓcēntis formā i eo q̄ est: ⁊ hāc nō oportet esse cōtinuā ꝓcipue qñ nō operat p necessitatē nature: sed poti⁹ per libertatē volūtatis vl' rōnis. hic etiā ex incidenti pōt induci tota dispositio de synderisi: ⁊ tota dispositio de cōsciētia quā alibi ītercōstiones de motiuis viribⁿ aīe in tractatu nostro de aīa ꝓut potuim⁹ notauim⁹: ⁊ ideo superflū hic eēt eisdē folia replere.

An ex fine omnes actus pensari debeant: vt simplicit boni vel mali dicantur.

Post hec de actib⁹ adijciēdū videt vtrū ⁊ ipsi ex fine sicut volūtas pēsari debeant boni vl' mali? Licet eñ fm quosdā oēs boni sint inq̄ntū naturaliter sunt: nō tñ absolute dicendi sunt omnes boni: nec oēs remunerabiles: sed quidā simplicit mali dicunt: sicut ⁊ alij boni. Mā simpliciter ac vere sunt boni illi act⁹ q̄ bonā habēt cām ⁊ intētionē. i. q̄ volūtatē bonā comitant: ⁊ ad bonū finē tēdunt. Mali vo simpliciter dici debēt: q̄ puersam hñt cām ⁊ intētionē. Unde Amb. ait: Affect⁹ tu⁹ operi tuo nomē imponit. Et Aug⁹. sup psal. xxxi. Nemo cōputet bona opa sua añ finē. Ita eñ vident mihi esse vt magne vires ⁊ cursus celerimus ꝓter viā: quia vbi ipsa fides non erat

Arguit q̄ nō sit vera

Sol'o q̄stiūcula

Sol'o

Obiectio

Alia obiectio.

Sol'o

Obiectio

Sol'o

In oppositū primo

Sol'o

Ad id q̄d in oppositū

DL. XL. Ter ex pauperate voluntat' fiat q̄ pauperis i actu exterior: ostendam ex oppositō quō error induci nōis habeat fieri q̄ bonū.

bonũ op⁹ nõ erat. Bonũ eñ op⁹ intẽtio facit intẽtionẽ fides dirigit. Non valde attendas q̃d homo faciat: sed q̃d cũ facit attẽdat q̃ lacertos optime gubernatiõis dirigat. His testimonijs ĩsinuari videt ex affectu ⁊ fine opa bona eẽ vel mala. Quib⁹ cõsonat qd̃ veritas
Mat. 7. in euãgelio ait: Non põt arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere. Noĩe arboris nõ natura humane mẽtis: sed volũtas intelligit: q̃ si mala fuerit: nõ bona sed mala opera facit. Si vero bona fuerit: bona nõ mala opera facit.

Deinde q̄rit de hoc qd̄ dicit ibi: [Cui⁹ q̄ttuor sunt spēs. s. a. Ve fm Greg. sunt spēs tumoris poti⁹ q̄ supbie. Querunt igit duo. s. qd dicat tumor: ⁊ penes qd accipiant spēs iste: Et dicendū q̄ (vt dicit Grego.) tumor mentis est obstaculū veritatis / ⁊ ōr tumor inflatio p̄sumptiōis ex posse qd̄ habere se credit aliqs. ⁊ i b differt a supbia: qr supbia est appetit⁹ excellētie siue dignitat⁹. Tumor est fastus: ⁊ causat ex ptāre ⁊ dignitate adept⁹. Ad primū aūt dōm q̄ p̄riū posse causat tribus modis. s. ex innatis acq̄sitis ⁊ mō hādi. Si ex innatis / tunc est prima spēs qñ credit se habere p̄rīs viribus. Si ē ex acq̄sitis tūc est scōa qñ credit qd̄ē se habere ex alio ſz nō grat⁹ / ſz p acq̄sitionē meriti qd̄ erat p̄riū. Si ex mō hādi / aut qd̄ vt aut qd̄ nō est: ⁊ tūc ē tertia species qñ iactat falso se hāe qd̄ nō hz. aut videt ⁊ ē / sed singularis est / ⁊ tūc est q̄rta spēs q̄ est qñ excellentio⁹ omnibus se credit habere qd̄ hz. ⁊ de his est versus: Ex se p meritis falso plus omnibus instant.

Solo ad pmū. Tumor qd sit Ad 2m

Arti. VIII D

Que drīa est inter initiū ⁊ radicē ⁊ q̄ magis est eēntialis pctō. s. an supbia vl auaricia.

Deinde querit de hoc qd̄ dicit ibi [Huic autē recte videt obuiare. s. b. Et q̄runt breuit lb vno articl'o tria. primo q̄ drīa sit inē radicē ⁊ initiū. scōo q̄ magis sit eēntial' pctō. s. supbia vl auaricia. tertio vtrū sit spēale pctīm vl duo pctā / vl duo mala vl vnū:. Ad primū sic: vn⁹ mot⁹ nō hz p̄ncipiū nisi vnū: ⁊ initiū ē p̄ncipiū: q̄ idē initiū ⁊ radix. Sz ꝯ / in pctō duo sūt. s. auersio ⁊ cōuersio ⁊ i auersiōe incipit pctīm in ꝯtrū pctīm: q̄ ex illa pte hz initiū. ſz ꝯuersio p̄pt delectatōz mīstrat nutrimētū ⁊ succū: q̄ ex illa pte hz radicē: nō q̄ idē est initiū ⁊ radix. Ad secundū sic / si nos cōsiderem⁹ pctīm fm intētionē ⁊ volūtatē peccantis nō est intentū ⁊ volitū ex pte auersionis / ſz intentū ⁊ volitū ex pte cōuersiōis: q̄ ex pte illa efficaci⁹ initiat q̄ ex pte alteri⁹: q̄ cupiditas mag⁹ est radix ⁊ efficaci⁹ q̄ supbia sit initiū. Jtē pctīm cōuersiōis hz terminū ⁊ finē in quē mouet volūtas et spēs penes q̄s distinguit: q̄ qd̄ inclinat in illa mag⁹ subal'r pctīm respicit q̄ id qd̄ est in pctō fm auersionē in q̄ nec finis nec termin⁹ volūtat⁹ ē nec spēs peccati distinguit: q̄ ex pte illa iterū sequit q̄ cupiditas magis subaliter pctīm respiciat q̄ supbia. Sz ꝯ b est qd̄ dicit Aug. in li. de lib. ar. q̄ nō est pctīm ex b q̄ est cōuersio ad cōmutabile bonū: qr ad bonū cōuerti nō est malū: sed est pctīm p auersionē: q̄ qd̄ iniciat a pte auersiōis mag⁹ subal'r respicit q̄ id qd̄ initiat ipsum ex pte cōuersiōis / ſz prior modo initiat supbia: secundo mō auaricia: ergo superbia essentialius respicit q̄ auaritia. Jtē Aug⁹ dicit q̄ pctīm nō est appetit⁹ malar̄ rerū / sed desertio meliorū / ſz null⁹ appetit⁹ est rerū malar̄ in q̄ntū sunt male / supbia autē initiat fm id qd̄ est desertio meliorū: q̄ supbia cēntialiter est in peccato. Jtē pctīm est mors / ſz mors ē magis separatio a cā vite q̄ dolor: q̄ cū supbia initiet peccatū fm id q̄ separat a deo essentialiter initiat ipm q̄ auaricia. Ad tertiū sic dicit Aug⁹: Initiū omis pcti est supbia: ⁊ radix omī malor̄ est cupiditas. cauea mus q̄ supbia ⁊ auaricia / nō duo mala ſz malū vnū Et hec est glo. sup Exo. capl'o vl. q̄ videt q̄ supbia ⁊ auaricia sint idē vitiū. Sz cōtra hoc est qd̄ dicit magister in lra vlti. cap. vbi vult q̄ diuisim initiet peccatū ⁊ nō sil: ⁊ iō vult q̄ intelligat de gñib⁹ singulorū q̄ vtrūq̄ ōr esse initiū omis pcti / ⁊ nō de singul' generū. Solo dōm q̄ initiū ⁊ radix drīt rōne: ſz idē sint subiecto. radix enī vt tactū est in obijciendo p̄ncipiat peccatū ex pte cōuersiōis q̄ material' est in ipo Jnitiū autē est primū ex pte auersiōis / vt patet obiectio prima. vñ supbia qñ generalit sumit p habitualī supbia q̄ vitā facit sup voluntatē superiorīs ipa est initiū in pctō ⁊ nō p̄rie radix. Sz cupiditas etiā general'r accepta p bitualī libidine boni cōmutabilis radix est mīstrans nutrimentū appetitui illicito. Et p hoc ptz solo ad id qd̄ p̄mo q̄rit ex pte pctī in q̄ntū ē peccatū supbia est initiū. ex pte aūt pctī in nob vl peccante cupiditas est initiū. Ad id aūt qd̄ scōo q̄ritur dōm q̄ iā pz solo q̄ supbia mag⁹ ē initiū / ſz auaritia mag⁹ radix ē: qr illa incipit ex pte eē peccati fm q̄ peccatū: cupiditas aūt incipit mag⁹ ex pte ei⁹ vbi est cōuersio. vñ pz solo ad oia obiecta circa b qr p id ad qd̄ fit ꝯuersio etiā pctīm distīguit in spēs / ſz nō accipiat rōnem pctī ex illo. Ad tertiū dicendū q̄ superbia sumit generaliter ⁊ specialit. generaliter est habitualis supgressus altitudinis volūtatis diuine cui nō subdit peccator: ⁊ sic est initium omis mali: et sic nō est spēale et capitale vitiū. Scōo modo sumit fm q̄ hz finē excellētie i materia spēali q̄ est dignitas plātōis ⁊ bonoris / ⁊ sic nō est radix. ſz tm sic pt eē cā omis vitiorū in nūero. Auaritia etiā ōr dupl'r. s. libido habitualis boni cōmutabil: ⁊ sic ē radix omis pctī: ⁊ sic est idē cū p̄mo dicta supbia subiecto ſz drāt rōne sic drīt auersio ⁊ ꝯuersio q̄ sit in eodē pctō / et sic accipit aug. Alio⁹ ōr auaritia q̄ hz finē possidēdi ad sufficētiā in mat'ia spēali q̄ ē bonū fortune: ⁊ hec ē vitiū capitale spēale ⁊ nō ē radix: tm b mō sumit a mgro i lra qñ dicit q̄ pñt ex ipa causari omnia pctā q̄ ad gñā singulorū ⁊ nō q̄ ad singl'a generū / ſz sic non est radix cū radix sit essential' ps interior rei / ſz causa nō est pars nec cōiūcta rei vt ps. Et p hoc ptz solo ad totū.

Solo ad pmū. Obiectio. Ad 1m pcedit. Ad 2m pcedit sic p̄mo. In oppositū arg p̄o sic. Ad 3m qd̄ dicit sic pz

De peccato in spīsctīm qd̄ dicitur etiā peccatū ad mortē.

Et preterea quoddā pctī genus ceteris graui⁹ ⁊ abominabili⁹ qd̄ ōr pctīm in spīsctīm de q̄ in euangelio veritas ait: Qui peccauerit in spīsctīm nō remittet ei neq̄ hic neq̄ in futuro. Et Jo. in epl'a canonica: Est peccatū ad mortē: nō p eo dico vt quis ōret. Qui ei peccat in patrē remittet ei: et qui peccat in filiū

Dt. XL. de vno peccato spēali qd̄ ē magis grue ⁊ abominabile q̄ ē pctīm i spīritū sanctū. Job. s. a

remittet ei: q̃ aũt blasphemauerit ī spm̃ sctm̃ nõ remittet ei neq̃ hic neq̃ in futuro. Sed q̃rit quid sit illud pctm̃ in spiritũ sctm̃ vel ad mortẽ? Quidã dicunt illud peccatũ esse desperatõis vel obstinatõis. Obstinatio est in durate mentis in malicia ptinacia: p quã hõ fit impenitens. Desperatio est q̃ q̃s diffidit penit⁹ de bonitate dei: estimans suã maliciã diuine bonitatis magnitudinẽ excedere: sicut chayn q̃ dixit: Maior est iniqtas mea q̃ vt veniam merear. Vtrũq̃ vo dicit pctm̃ in spm̃ sctm̃: qz spũ sctũs est amor patris z filij z benignitas q̃ se inuicẽ z nos diligũt que tanta est cui⁹ finis nõ est. Recte ergo in spiritũ sanctũ delinq̃re dicunt q̃ sua malicia dei bonitatẽ supare putãt: z iõ pniam nõ assumũt: z q̃ iniqtati tam ptinaci mẽte inherẽt: vt eã nunq̃ relinq̃re pponãt z ad bonitatẽ spũssãcti nũq̃ redire patiẽtia dei abutẽtes z de misericordia di nimis p̃sumẽtes: qb⁹ placet malicia ppter se: sicut pijs bonitas. Isti nimia ptinacia z p̃sumptõe peccãt autumãtes deũ nõ esse iustũ. Illi despatiõe deũ nõ bonũ existimãt tollẽtes in hoc turbulẽtissimo iniqtatũ mari portũ diuine iusticie q̃ se recipiãt fluctuãtes. Atq̃ ipa despatiõe addũt pctã peccatis dicẽtes miam nullã esse: z q̃ sup peccatores necessaria damnatio debet.

Genẽ.4

Ad

Est p̃terea quoddã gen⁹ peccati ceter; graiius] Hic agit mgr de differẽtijs grauioris pcti qd ẽ pctm̃ in spm̃ sctm̃. Et diuidit ī q̃tuor ptes: in q̃q̃ p̃ma cõparat b̃ peccatũ ad alia. z oñdit qz graui⁹ est. in scda ponit hui⁹ pcti assignatõnẽ fm Aug. ex q̃trahunt q̃tuor spes ibi⁹ [Sz q̃rit q̃d sit illud peccatũ] Quartuor aũt species q̃ ibi colligunt sunt obstiatio siue iduratio: ipenitẽtia finalis / desperatio z p̃sumptio. In tertia ponit aliã fm Aug. assignationẽ ex q̃trahunt alie due spes. s. inuidẽtia fraterne gratie / z oppugnatio veritatis agnite ibi [Est etiã alia spes hui⁹ pcti] In q̃rta ponit assignationẽ fm Ambro. ex q̃ eedẽ due alie alia tm̃ rõe extrahunt ibi. s. [De hoc q̃z pctõ.

Arti. I

Quid est esse peccatũ in spm̃ sanctũ.

Incidũt aũt circa p̃mã ptẽ b̃ tria inq̃rẽda q̃q̃ primũ est q̃d sit esse pctm̃ in spm̃ sctm̃? Scõm vtrũ sit pctm̃ spẽale separatũ ab alijs: vel sit cõiunctũ pctis alijs vt circũstantia pcti vl' accẽs eius ctus spũssẽti. cũ igit̃ hoc sit esse pctm̃ in spm̃ sctm̃ qõ est ꝗ attributũ spũssẽti / videt̃ q̃ oñe pctm̃ sit in spiritũ sctm̃. Itẽ oñe malũ opponit̃ bonitati: sz malicia est in oi pctõ mortali: q̃ oñe mortale opponit̃ bonitati: sz peccatũ in spm̃ sctm̃ ꝗ̃ ro eo q̃ opponit̃ bonitati spũssẽti: q̃ oñe pctm̃ mortale est pctm̃ in spm̃ sctm̃. P. videt̃ pot⁹ peccatũ esse in spm̃ sctm̃ in quo male sentit̃ de spũsctõ / sicut Eutic⁹ q̃ dicebat spm̃ sanctũ esse seruũ: q̃ vt q̃ pctm̃ in spm̃ sctm̃ sit pctm̃ ꝓcedens ex erroze cõtra spm̃ sctm̃. Si aũt b̃ cõcedat̃ contra / pctm̃ ꝓcedẽs ex ignorãtia est peccatũ in filiũ: sz peccatũ de quo male sentit̃ de spũsctõ est pctm̃ ꝓcedẽs ex ignorãtia: q̃ est pctm̃ in filiũ: nõ q̃ est in spm̃ sctm̃.

Arg. pmo

Itẽ videt̃ q̃ nullũ pctm̃ sit in spũm sanctũ: qz oñe pctm̃ nascit̃ ex infirmitate z corruptõe nature: ergo oẽ peccatũ est ex infirmitate. hoc aũt est peccare in patrẽ: q̃ omne peccatũ est in patrẽ: q̃ videt̃ q̃ nullũ peccatũ sit in spm̃ sctm̃. Itẽ vt̃ q̃ oẽ pctm̃ sit in filiũ: qz dicit pbs q̃ ois mal⁹ ẽ ig̃rans: q̃ peccatũ est ex ignorãtia: b̃ aũt ẽ peccare in filiũ: q̃ oẽ pctm̃ ẽ ī filiũ: q̃ nullũ peccatũ ẽ in spm̃ sanctũ. Itẽ vt̃ q̃ q̃ peccat ī vnũ peccat in aliũ / qz sicẽ vna suba est triũ / ita vna offensa triũ: q̃ q̃ peccat in vnũ peccat etiã in aliũ. Itẽ vna ẽ bonitas triũ: q̃ q̃ peccat in vnũ peccat in aliũ: q̃ peccare ꝗ̃ bonitatẽ est peccare cõtra tres p̃sonas equaliter: q̃ peccare in bonitatẽ est peccare ꝗ̃ tres p̃sonas.

20 30 40

Itẽ maiorẽ vnionẽ habẽt tres p̃sone q̃ virtutes cũ charitate: sz ꝓpter vnionẽ virtutis cũ charitate q̃ offendit in vno factus est oim reus: q̃ multomagis ꝓpter vnionẽ p̃sonarũ adinuicẽ peccans in vno peccat cõtra omnes. Si aũt hoc cõcedat̃ in ꝗtrariũ erit qõ dicit̃ in lra. Solo dõm q̃ peccatũ quoddã nomine suo exprimit tm̃ peccatũ: z quoddã peccatũ noie suo exprimit peccatũ z cãm pcti. Exẽplũ primi est fornicatio q̃ nõ noiat nisi actũ illicitũ vl' coitũ soluti cũ soluta. quoddã autẽ peccatũ noiat sil' et cãm mouentẽ ex pte peccãtis / vt peccatũ in patrẽ z peccatũ in filiũ z peccatũ in spiritũ sanctũ. Illud eñ dicit peccatũ z cãm mouentẽ q̃ est infirmitas vl' ignorantia vel malicia. Est aũt terti⁹ mod⁹ appellatiõis q̃ nomẽ peccati exprimit z actũ peccati z circũstantiã / vt incest⁹ vel deflorato / vel sacrilegiũ vel hmõi: sed ad ꝓpositũ hoc nõ facit ille mod⁹.

Solutio principalis

Ad primũ ad 2m

Ad primũ peccatũ in spiritũ sanctũ dicit̃ duplicit̃. s. ab obiecto circa q̃ est peccatũ: z a causa mouẽte ad peccatũ. ab obiecto / q̃ñ sz est cõtra p̃sonã spiritũ sancti / etiã contra p̃sonã filij / z pauciores cõtra p̃sonã patris / sz nõ ita accipit̃ hic peccatũ in spiritũ sanctũ: sz pot⁹ in cã mouente ad peccatũ bz cõtrarietatẽ ad bonitatẽ spiritus / sicut peccatũ ex malicia cõtrariat̃ bonitati spiritũ sancti in qua remittunt̃ peccata in eccl'ia. Et p̃ hoc patet q̃ nõ omne peccatũ est in spiritũ sanctũ: qz nõ habet talẽ cãm mouentẽ: sz omne peccatũ priuat gratiã p̃ cõtrarietatẽ quã habet ad gratiã / cũ causa mouens ad peccatũ bonitati spũ sancti ī qua remittit pctã nõ cõtrariat̃. per hoc ptz solutio ad secundũ.

Ad 3m et 4m.

Ad tertiũ dicendũ q̃ hoc est peccatũ in spiritũ sanctũ primo mõ dictũ: z sic non tractat̃ hic de peccato in spiritũ sanctũ. hoc eñ mõ dicit̃ peccatũ in spiritũ sanctũ / sicut peccatũ in hominẽ vel in se vel in deum

Ad 5m

Ad aliud dicendũ q̃ aliud est esse peccatũ ex infirmitate: z aliud cum infirmitate corruptiõis vñ trahit originẽ. cum enim dicit̃ esse ex infirmitate / tunc intelligit̃ infirmitas esse causa mouens / sicut quando quis blasphemat metu penarũ / vel peccat metu paupertat⁹: z hoc vocat̃ ꝓprie peccatũ in patrem: sz non oñe peccatũ ꝓcedit ex tali motiuo: sed quãdoq̃z non mouet nisi malicia z industria peccati. Dicit̃ etiam peccatũ cum infirmitate corruptiõis ex qua oritur tentatio peccati / z sic post statũ corruptiõis omne peccatũ ẽ ex infirmitate: sz tũc p̃põ nõ notat cãm mouentẽ prime ad actũ / sz remotã: qz sez infirmitas corruptiõs est origo vñ statuit̃ z orit̃ ois pcti tentatio: z hec ifirmitas admittit aliã cãm mouẽtẽ prime

Ad 6m que est maliciei ꝓpē quā dicek in spiritūsanctū. Ad aliud dicendū ꝙ pbus loquiē de ignorantia que est priuatio scientie nō cuiuscūqz/sed illi⁹ que dicē scientia approbatōis qñ scz in operib⁹ bonū nō approbatur z illa scientia priuaē in actu omis mal⁹/sed illa ignorātia nō facit peccatū in filiū/sz potius illa que absolutā vel fm qd dicit priuationē scientie regent⁷ in opib⁹ ꝓter quā excusabilis fit culpa cōmissa vl in toto vel in tanto. Ad aliud dōm ꝙ licet tres ꝑsone ꝓueniāt z sint vnū in subiecto/nō tm cōueniūt z vnū sunt in ꝓrijs: z quo ad ꝓria pōt aliqd esse vni ꝓtrariū qd nō erit cōtra aliū. Itē medū quo ad modū intelligendi inter substātialia z notionalia sūt approprata: z hec cōsiderank duplicē. s. fm id qd sunt: et sic dicunt subam. z fm approprata/z sic nō cognoscunk nisi ex rōne ꝓprioꝝ. z quo ad hoc aliqd potest esse cōtra approprātū vni⁹ ꝑsone qd nō cōtingit cōtra approprātū alteri⁹ ꝑsone: z hoc modo loquimur hic. vñ licet vna sit offensa nō tm causa offense vnam bz oppositionē ad approprata ꝑsonaꝝ inqntū sunt approprata. Ad aliud dōm ꝙ vna est bonitas trium inquantū bonitas cōsiderak fm se z subaliter: sz si cōsiderek sub rōne approprati tūcaccipit rōnē specialē que attribuik spūsancto: z hoc mō est peccatū i spūsanctū quo ad cām mouentē q cōtrariak ei. Ad aliud dōm ꝙ offensa qd est cōtra omis/sz sicut est in peccato ꝙ p rōem malicie priuat omnē virtutē: z tamen p rōnem act⁹ nō ꝓtrariak nisi vni: ita est de peccato in spūsctū. s. qd p offensam est cōtra tres ꝑsonas tamen p causam mouentē nō contrariak nisi attributo spiritussancti.

Ad 6m

Ad 7m

Ad 8m

Ad 9m

Arti II B

Quare peccatū in spūsctū dicak ad mortē.

Arg. pmo

Secundo querik quare dicak ad mortē. s. a. z hoc p rōem nois qz mortale est qd facit mori/hic morte culpe: z in futuro morte pene nisi p penitentiā deleak: tale aūt est quodlibet mortale ergo omē peccatū est peccatū ad mortē. Itē Job. s. sup illud: Est peccatū ad mortē nō p eo z. dicit glosa/peccatū ad mortē est qd separat a deo: sicut mors separat aīam a corpe: hoc aūt facit omē mortale peccatū: g z. Item ibidem in alia glo. pctm ad mortē est qd durat vsqz in finē. tale aūt ē peccatū veniale z mortale in quo semp finit vitā sine pnia: g quodlibet peccatū mortale z veniale pōt esse in spūsanctū qd falsum est/cum in lra dicak ꝙ ipm est ceteris gravius z maximū. Si aūt dicak peccatū ad mortem in quo priuak potentia reuiuificandi vel redeūdi ad vitā/tunc videk ꝙ omē peccatū sit pctm ad mortē: qz in omi peccato mortali priuak vita gratie/z potētia redeundi ad gratiā/cū hō sit spūs vadens p se in peccatū: z nō rediens p se de peccato: videk ꝙ nō sit rō quare hoc peccatū specialiē dicak peccatū. Iuxta hoc etiā vlteri⁹ querik quare dicat Job. nō p eo dico vt oret quis. ita eim in secūda assignatiōe Augu. habek ꝙ de nemine desperandū est dū est in vita qz diu benignitas dei ad penitentiā adducit z pro illo nō imprudenē orak de cui⁹ salute nō desperak: g p eo q peccat in spiritūsanctū debem⁹ orare: g male facit ꝓhibendo orationē. Itē oratio est ad impetranda veniā: vbi ergo maior necessitas venie ibi maior est oratio z frequentior: munqz aūt est tanta necessitas sicut in maximis peccatis/sicut in pctis in spūsanctū: g p illo maxime est orandū: nō g deberet dicere/nō p eo dico vt oret qs: sed potius dico/vt pro illo oret omis hō. Sol'o dōm ꝙ peccatū ad mortē plus dicit qz peccatū mortale. Et vt hoc meli⁹ intelligak notandū ꝙ tria sunt in morte corpali: z tria respondēria illis in morte spūali. primū est separatio anime a corpore: qz anīa est causa vite corpis. Secūdū est impotentia ad regressum ad habitū a priuatiōe. Et tertiū est causa mordi vel mortis in subiecto mortuo repugnans vite. z illis respondent tria in morte spūali. z primū fit p actū peccati qd separat deū ab anīa z gratiā. Scōm aūt est ex defectu lib. arbi. qd p se nō pōt recuperare gratiā: z hec duo habz omne peccatū mortale z p tanto dicik peccatum mortale. Tertiū est ex causa mortis q cōtrariak disponēti ad vite influxū ex parte dei: z sic peccatū in spūsctū est ad mortē: qz causa mouens ad illud gen⁹ peccati cōtrariak bonitati que mouet spiritū viuificantē omia ad hoc ꝙ influat vitaz: z p hoc fere patet sol'o ad oia que quo ad primā ptem obiecta sunt: qz nō est idem mortale z ad mortē: qz cū dicik ad mortē virtute prepositiōis notak ordo ad impedimentū influentis vitā z causa peccati. Ad aliud aūt dōm ꝙ glo. ille vocant peccatū mortale ad mortē: z loquunk de separatione vite in cui⁹ causa est ordo ꝓtrari⁹ ad id qd inclinat ad vite spūalis influxū. Ad aliud dōm ꝙ finire vitā in mortali peccato duplicē cōtingit. s. quo ad ꝓpositū. z sic est peccatū in spūsctū/z quo ad cōtinuationē in peccato: z sic nō est in spūsctū: sz hoc est speciale qd erat ꝓpositū nō penitendi de peccato ꝓpetrato. Ad aliud ptz sol'o p antedicta. Ad id qd vlteri⁹ querik qualiē intelligak/nō p eo dico ꝙ oret quis. i. quicunqz: dōm ꝙ nō interdicit oēm orōem/sz significat magnitudinē crimis. i. ꝙ nō iubet quēcunqz de ppl'o orare/sed aliqs spēalis scritatis z pfectiōis debet orare p talibus: qz magnoꝝ est orare p magnis. Si aūt obijcik de eo qd Samueli dicū ē quousqz lugeret saul cum dnis abiecisset eum: z Nie remie ꝙ nō oraret p ppl'o: z ita videk esse intelligendū ꝙ nullus oret: qz omino nihil valet: dōm ꝙ non est ad ꝓpositū: qz nec saul nec ppl'us peccauerat i spiritūsctm: sz de⁹ cōfirmauerat sniam abiectiōis saul z captiuitat⁷ iudeoꝝ/z in b noluit audire ꝓbas.

20

30

Sol'o

Obiectio

Querik

Sol'o ad pmū.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m ad qlibū

Obiectio

Arti. III C

Vtrū peccatū in spūsanctū sit spēale peccatū separatū ab omib⁹ alijs.

Arg. pmo

Tertio querik vtrū sit speciale peccatū separatū ab alijs peccatis: z videk ꝙ sic: qz remissibile et irremissibile sunt passiōes q cōueniūt peccato fm ꝙ ipm in specie cōsiderak: cū igitē peccatum i spūsanctū dicat irremissibile esse ipm erit species peccati fm se. Itē illud peccatū vt cōsueuerūt dicere mgri opponik gratie spēali i qua fit remissio peccati cū alia oppugnāti gratie informāti li. ar. ad actū: qd aūt opponik gratie spēali est speciale pctm: ergo pctm in spūsctm est peccatū speciale Itē in litera dicik ꝙ est quoddā peccatū p ceteris grau⁹: nō aūt cōparak ad alia peccata spēalia nisi pctm spēale. g ipm est peccatū spēale. Itē nō diuidik in spēs nisi peccatū in gne determinato acceptū: sz pctm in spūsctm bicin lra z a mgris diuidik in spēs: g ipm gen⁹ est peccati fm se. Itē oppugnare gram agnitā vl'in uidere gratie fraterne dicūt spēales act⁹/sed isti act⁹ sunt peccatū in spūsctm: g peccata mouētia ad ipos sūt spēalia peccata: g z pctā spēalia sunt etiā alie species peccati in spūsctm. Sz cōtra/pctm in patrez est peccatū ex infirmitate. et pctm in filiū est peccatū

20

30

40

50

In oppositū primo

ex ignorãtia talia autẽ non sunt peccatũ speciale: sed multa peccata diuersa fm spẽm actus possunt eẽ ex infirmitate/ ⁊ etiã ex ignorãtia: ergo cũ peccatũ ĩ spiritũsanctũ ē diuerso diuidit peccatũ cũ illis ipm potius videt dicere circũstantiã peccati q̃ peccatũ speciale. Itẽ peccare ex certa malicia dicit circũstantiã accusantẽ ex parte peccãtis: hoc autẽ est peccatũ ĩ spiritũsanctũ: ergo videt q̃ peccatũ in spiritũsanctũ nõ sit peccati species: sed peccati circũstãtia. Itẽ id qõ potest circũstare actũ eundẽ in specie circũstantia est: peccare autẽ ex coactiõe per infidelitatẽ vt dicit Richar. de sancto vi. in symbulo de spiritu blasphemie ⁊ peccare ex ignorantia ⁊ peccare ex malicia possunt esse circa actũ eundẽ specie sicut circa negare vel blasphemare christũ: ergo sunt circunstãtie ⁊ nõ species peccatorũ. Itẽ speciale peccatũ querit naturã determinatã: sed peccatũ in spiritũsanctũ nõ habet naturã determinatã: sed potius fundat super alia peccata: vt patet in obstinatiõe ⁊ desperatiõe ⁊ p̃sumptione ⁊ impnia finali: ergo peccatũ in spiritũsanctũ non est peccatũ speciale separatũ ab aliis. Solutio dicendũ q̃ peccatũ in spiritũsanctũ fm rationẽ qua trahitur in spẽm separatũ est a peccatis aliis. Ex parte autẽ materie circa quã est quãdoq̃ est cõiunctũ peccatis aliis: quãdoq̃ separatũ: fm duas enĩ spẽs que sunt inuidẽtia fraterne gratie ⁊ oppugnatio veritatis agnite nõ supponit alia peccata p̃ materia: sed in quartuor aliis spẽbus supponit alia peccata in subiecto: sed nõ supponit ea vt sit circũstãtia actꝰ eaꝝ: qz actum semp habet separatũ ab actibus aliorũ peccatorũ licet nõ habeat actũ separatũ ita q̃ alia peccata sint materia circa quã fit actꝰ istiꝰ peccati. Dicẽdũ ergo ad primũ qõ contra objicit q̃ peccatũ in spiritum sanctũ diuidit cõtra peccatũ in patrẽ ⁊ in filiũ ratiõe cause quã dicit cũ actu ⁊ nõ ratiõe actus: ⁊ ideo non sequit q̃ ipm sit circũstantia peccati tm̃/ sicut peccatũ in patrẽ: sed quia dicit circũstantiã ratiõe cuiꝰ opponitur peccato in patrẽ/ ⁊ peccato in filiũ. tamẽ vt supra dictũ est peccatũ in patrez dupliciter dicit: scz qõ est contra patrẽ vt pater sit materia actus ⁊ obiectũ fm q̃ est ex causa que est cõtra patris attributũ: ⁊ hoc vltimo modo sumit hic a magistro. si autẽ primo modo sumeret actũ haberet specialẽ: ⁊ eẽt speciale peccatũ separatũ ab aliis. Ad aliud dicendũ q̃ licet certa malicia dicat causam manẽtẽ que sonat circũstantiã ex parte peccãtis: tamen illa etiã supponit actũ volũtatis interiorẽ: quia nõ peccat ex certa malicia nisi q̃ vult maluz: ⁊ placet ei p̃ter se/ vt dicit in littera: ⁊ hoc est moueri speciali actu circa peccatum sic autẽ nõ est in peccato ex infirmitate nec ex ignorãtia: quia talis non vult infirmitatẽ vel ignorãtiã vl̃ etiam malũ: ⁊ ideo illa sunt tm̃ circũstantie: sed peccatũ in spiritũsanctũ circũstantia ⁊ actus. Ad aliud dicendũ q̃ id qõ est circũstantie in peccato in spiritumsanctũ potest esse circa actũ similẽ in specie circa qõ est infirmitas mouẽs ⁊ ignorãtia. sed ex hoc nõ dicitur peccatũ speciale: sed potius ex hoc q̃ tali circunstantia posita ponit etiã actus volũtas mali: scz interior p̃ter quẽ speciale efficit peccatũ. Ad vltimũ patet solutio per principiũ solutiõs istius: quia nõ semper querit peccatũ speciale materiã specialẽ: sed sufficit sibi actus ⁊ materia sua: qñq̃ sunt peccata alia. ⁊ p̃ hoc patet solutio ad totũ qõ q̃sitũ est.

20 30 40 Solo

Ad primuz qõ est in oppositũ.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Arti. III. D

Vtrũ species peccati in spiritũsanctũ sint bene assignate.

Deinde q̃rit de hoc qõ dicit: [Sed q̃rit q̃d sit illud peccatũ. s. b. Ibi enĩ videt tangere species peccati in spiritũsanctũ ⁊ obiicit de illis specieb⁹/ ⁊ videt primo q̃ obduratio nõ sit spẽs peccati/ sed accidens peccantis. dicit enĩ in lra sic q̃ obstinatio est indurate in malicia mentis p̃tinacia/ per quã fit homo impenitẽs: constat aũt q̃ p̃tinacia illa nõ respicit peccatũ vnũ vel duo/ sed omnia/ ⁊ similit impenitẽtia: ergo nõ erit peccatũ diffinitũ: sz potius p̃ietas peccantis pctis omnib⁹. P̃. ex secũda parte but⁹ diffinitõis/ videt obstinatio nõ esse spẽs distincta a finali impenitẽtia/ sed esse causa eius: ⁊ hoc est cõtra multos qui dicunt ser esse spẽs huius peccati.

Ulteriꝰ querit de impnia: qz illa nihil aliud videt nisi cõtinuatio peccati vsqz ad mortẽ sine penitentia tales etiã multi in quis peccatis moriunt: q̃ omẽs illi peccant in spiritũsanctũ: ⁊ hoc est falsum: qz sic omnes damnati peccassent in spm̃ sanctũ. Ulteriꝰ etiã objicit de desperãtiõe. cũ enĩ sit desperatio cõtra spem/ et similit p̃sumptio deberet aliq̃d esse ꝯtra fidem ⁊ charitatẽ: ⁊ hoc nõ videt: q̃ insufficient assignant peccata in spiritũsctm̃. Item spirituisctõ attribuit charitas: q̃ p̃recipue spẽs eius deberẽt sumi penes cõtrariã charitat⁹/ ⁊ tales nullas habem⁹. Itẽ Augꝰ dicit q̃ infidelitas est peccatũ quo retento omnia retinentur: ergo ipsa est peccatũ maximũ: in littera autẽ dicit q̃ peccatũ in spiritũsanctũ est peccatũ maximũ: ergo videt q̃ infidelitas sit peccatũ in spm̃ sanctum. Ulteriꝰ q̃rit de specieb⁹ quas tangit in secũda assignatiõe que sunt impugnatio veritatis agnite ⁊ inuidentia fraterne gr̃e. cũ enĩ veritas attributur filio impugnatio veritatis agnite poti⁹ est pctm̃ in filiũ q̃ in spm̃ sctm̃. Sil'r objicit de scõo q̃ si inuidia est pctm̃ in spm̃ sctm̃/ tũc multi peccant in spiritũ sctm̃/ qõ graue est dicere. Solo dõm q̃ fm doctores p̃bationes due sunt opiniones de numero spẽrũ peccati in spm̃ sanctũ/ quarũ vna ē q̃ a modernis pluribus tenet ⁊ ponit eẽ ser q̃ sic accipiunt supponant ea que sunt supra habita: scz q̃ peccatũ in spiritũsanctũ fm completã sui rõnem dicat illud genus peccati qõ attributo spũssancti opponit in causa mouẽte ad peccatũ/ ⁊ illi attributo qõ fm rõnem intelligendi inclinat eum ad retinendũ peccatũ: qz hoc est bonitas ipsius: ⁊ qõ oppugnat spirituisancto nõ in se sed in his que exigunt ad peccati remissionẽ que sũt dona ipsiꝰ. cum autẽ tria cõcurrant ad remissionem scz remittens ⁊ ille cui remittit/ ⁊ eccl'ie bonũ qõ cõmunicat ei cui remittit: qz non remittit peccatũ nisi in eccl'ia in sacramẽtis cũ inquã sic sit ex parte cuiuscũqz istorũ exigunt duo ad peccati remissionẽ. ex parte enĩ remittẽtis exigit misericorꝛdia in remittẽdo totã culpã ⁊ cõmutãdo penã eternã in tempozalẽ. Ex parte autẽ pene satisfactiue iniuncte vi clauiũ exigit iusticia volens satisfieri p̃ penã iniunctã: miscõiam aũt hãc oppugnat desperatio: ⁊ iusticiã oppugnat p̃sumptio. Ex parte vero eiꝰ cui fit remissio dicũt esse duo. s. dolorẽ de cõmisso/ ⁊ p̃positũ nõ cõmittẽdi de cetero: ⁊ primũ oppugnat obstinatio cui placet peccatũ p̃ actum: ⁊ scõm oppugnat finalis impenitentia que est p̃positũ nunq̃ penitẽdi de peccato. Ex p̃te ecclesie etiã duo sunt. s. veritas efficacie sacramentorũ ⁊ fidei que sunt in ecclesia: ⁊ illam oppugnat id qõ d̃: impugnatio veritatis agnite/ vt si scires arti-

Ar p̃o q̃ obduratio nõ sit spẽs pctĩ

2o q̃ obstinatio nõ sit distincta spẽs q̃stiuncula de impnia.

De desperatõne 4o loco.

q̃stiũcula 6 spẽbꝰ scõe assignationis ad primũ ad 2m.

Solo.

ticulum fidei verum esse ⁊ diceres falsum ex malicia vel si scires in baptismo remitti peccata ⁊ diceret falsum ex malicia / vel si per opera sciret vera eē miracula ⁊ diuina ⁊ diceret ex malicia in beelzebub eē facta vt patet infra in verbis Ambro. exigit etiā cōmune bonū qd est in mēbris ecclesie qd per fraternā charitatē cōmunicat vnicuiq: ⁊ hāc oppugnat inuidētia fraterne gratie. Alia sentētia que pauciores habet sequētes / dicit quinq esse species peccati in spiritū sanctū: ⁊ nō differt ab isto nisi hoc solo: reducit enim obstinationē ⁊ finalē impenitentiā / in speciē vnā: qa propositū nō penitēdi semper ozit ex obstinatiōe peccati. Cōtra quis delectat in bono ptērito: ⁊ hec videtur fuisse opinio magistri ī littera: ⁊ quidā magni sequūtur eū in hoc: sed fm hāc assignationē videt q desperatio sit peccatū infidelitatis: qz qui dicit maiorem suā esse iniquitatē q̄ dei misericordiā mouet infidelitate cōtra dei magnitudinē: quia deus in quoliber suo attributo est maior q̄ cogitari posset: g̃ infidelitas est desperare ⁊ non peccatū in spiritū sanctū.

Alia opio.

Obiectōes prie ō vltio obiecto.

Obiectio ō psumptōe.

Similis obiectio est de peccato presumptiōis p̄sumens eīm dicit deū non esse iustū: hoc autē est infidelitas: ergo presumēs est infidelis ⁊ non peccās in spiritū sanctū. Sed cōtra obijcit: quia peccatū est cōtra deū ⁊ puniendū in peccatis nō ostendit nisi fides: cū igit desperās mouet his moribus .ſ. cognitione magnitudinis peccati ⁊ rigoris iustitie in punīdo ipse mouet motu fidei: nō autē simul pōt moueri motu fidei ⁊ infidelitatis: ergo desperans non est infidelis. Eadē obiectio est de p̄sumente: quia ille cognoscit dei misericordiā indulgentē per fidē: videtur etiā predicta assignatio esse insufficiēs alia ratione: quia dicit Beda in quatuor incidim⁹ ex peccato: scz infirmitatē / ignorantiā / malicia ⁊ concupiscentiā: habemus autē peccatū in patrē penes infirmitatē ⁊ peccatū in filiū penes ignorantiā / ⁊ peccatū in spiritū sanctū penes maliciā: ergo debem⁹ etiā habere aliqd genus peccati penes concupiscentiā: ⁊ non habem⁹: ergo videt insufficiēs magister in littera in assignādo genera peccatorū. Ulterius etiā q̄ritur cū infirmitas sit pena ⁊ etiā ignorātia ⁊ cōcupiscētia quare quartū nō fuit pena: scz malicia vel si pena est quare nō excuset tp̄m peccatū sicut alia. Ad hec autē vltimo obiecta respondendū est: ⁊ dicendū ad primū q desperās nō est infidelis ⁊ obiectio supponit falsum: nō enim putat desperans maiorē suā iniquitatē esse q̄ misericordiā dei: sed suā iniquitatē esse maiorē q̄ deus debeat vl velit misereri: ⁊ hoc sonat verbū Layn / qui non dixit: maior est iniquitas mea q̄ misericordia tua: sed q̄ veniā merear, i. q possim mereri ⁊ in hoc nō verū dixit: sed nunq̄ tu velis misereri: quia deus nō expostulat satisfactionē cōdigni: sed satisfactionē cōgrui quā possum⁹ exhibere. Eodē modo dicendū est de p̄sumente q bene aduertit deū esse iustū, sed quia misericordia superaltratiu dicitū: dicit deū nō vti iustitia in punitiōe peccatorū.

Obiectio ō desperatōe

Obiectio ō p̄sumēte.

Obiectōes scōe fm Bedam.

Questiū cula vltima

Ad primaz obiectionez de ifidelitate.

Ad obiecta que sūt fm bedā ⁊ prio ō ocupia.

Ad aliud dicendū q ocupiscētia nō dicit aliquod speciale mouēs alicuius potentie determinate sicut ignorantia que inest fm rationē ⁊ infidelitas que in spiritū sanctū redundat ex carne: ⁊ sicut malicia que est in voluntate: sed sicut dicit glo. ad Rom. 7. Cōcupiscētia cōflata est ex omnibus ⁊ est defectus respersus in oībus potentijs fm appetitū naturalē: quia quelibet potētia appetit suum obiectū: ⁊ ideo mouet quādoq: ignorantiā / quādoq: infirmitatē / quādoq: cum malicia: ⁊ nō est motiuū distinctū: ⁊ ideo penes eam nō sumit speciale gen⁹ peccati. Ad aliud dicendū q sine dubio fm q malicia est sequela peccati pena est / ⁊ idez sonat qd malignabilitas: qz homo per peccatū factus est malignabilis: sed tamē quia hec pena subdita est libertati ⁊ voluntati eius: ⁊ nō infirmitas vel ignorantia: ideo illa excusat totū vel partē. Ad id autē qd in principio obijcit dicendū q obstinatio dicit duplicit, .ſ. duritia ipsa habitualis ⁊ hec nō est peccatū / sed pena relicta ex consuetudine peccandi dicit etiā affectus actualis peti ptēriti: qñ scz delectat cū malefecerit ⁊ exultat in reb⁹ pessimis ⁊ tunc est peccatū in spīm sanctū. Ad aliud dōm q etiā impenitentia dicit duplicit: scz impenitentia in peccatis / ⁊ de illa pcedit obiectio / et actuale positū nunq̄ penitendi, ⁊ hoc est peccatū in spiritū sanctū: qz nec ex infirmitate nec ex ignorantia sed ex malicia ⁊ maliplacentia pcedit. Ad id qd obijcit q obstinatio nō differat ab impenitētia finali patet solutio per dicta in assignatiōe specierū fm diuersas opiniones. Ad aliud dicēdū q desperatio nō dicit ex hoc esse peccatū in spiritū scm q est contra spem / sed potius ex hoc q est contra gratiā in q̄ remittunt peccata: ⁊ ideo nihil valent ille obiectiōes: sed qz hec solutio fuga esse videt / Dōm q spes non est tm̄ increati sed etiā venie ⁊ gratie fides aūt nō: sed innitit veritati prime ⁊ charitas bonitati: ⁊ qz venia ⁊ gra ⁊ quorū est spes operant ad peccati remissionē / pter hoc magis est peccatū in spiritū sanctū cōtra spem q̄ contra fidem ⁊ charitatē. Ad id qd obijcit de scda assignatōe dōm q veritas q̄ in peccato isto impugnat est illa que fm impietatē est: ⁊ hui⁹ gratia attribuit spiritui veritatis. Uel dicit q nō dicit in spiritū sanctū tm̄: qz sit cōtra pſonā spūsancti vel attributū illius pſone vel alterius: sed qz causa mouens cōtraria attributo / ⁊ licet veritas impugnet: tm̄ qz ex malicia impugnat: ⁊ō est peccatū nō in filiū sz in spiritū sanctū. Ad vltimū dicendū q nō est idem inuidia ⁊ inuidētia fraterne gratie: qz inuidia est cum tristicia in bono primi inquantū est impedimentū boni proprij: ⁊ ideo dicit Job. 5. q paruulū occidit inuidia: qz nisi puulū: id est impedibilē in bono prio sic reputaret nō alteri inuideret. bona aūt que sic inuicē impediunt sunt que ex cōmunitate minuunt / vt diuitie / honores / laudes ⁊ hmōi mūdana. Uū inuidia proprie est respectu boni qd nō minuit ex participatōe plurium / sed magis crescit / sicut est bonū spūale: et hoc nō potest ex ignorantia vel infirmitate in fine oppugnari: qz natura magis mouet ad diuersimodū bonū illud q̄ ad oppugnandū ignorantiā: ⁊ ō esse non potest: quia nō impugnat nisi cognoscat. ⁊ ideo inuidētia illa ex malicia pcedit ⁊ tra donū spiritū sancti. Per hoc patet solutio ad totū.

Ad.q. vlti

Ad obiecta priaj de obstinatione

Ad id qd q̄ rit ō ipnia.

ad 2m q ob stinatio nō differat ab impenitentia.

Ad obiecta ō desperatio

Alia solu.

Ad primū pscda assigna one.

Ad 2m

Utrū omnis obstinatio sit peccatum in spiritū sanctum.

Sed querit vtrū omis obstinatio mentis in malicia obdurate omnisq desperatio sit peccatū in spiritū sanctū? Quidaz dicunt omnē obstinationē ⁊ omnē desperatōnē esse peccatū in spiritū sctm: qd si est: aliqū illud peccatum remittit; qz m'ti etiā obstinatissimi ⁊ de

Ps.67 Ps.47. speratissimi cõuertunt: vt Aug. ait: super illum locũ psal. Cõuertã in pfundũ maris: id est eos qui erãt desperatissimi. ⁊ ibi: Mittit cristallũ suã sicut buccellas: id ẽ obstinatos facit aliorũ doctores. Taliũ cõversio ibi etiam euidẽter ostẽdit vbi ait: Qui educit vinctos in fortitudine: sit ⁊ eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Scõm istos illud peccatũ dicit irremissibile: nõ quin aliquãdo remittat: sed qz vix ⁊ raro ⁊ difficulter dimittit. Nõ em̃ soluit cristallus nisi vehementi spiritꝰ impetu. Alij vero tradũt nõ quãlibet obstinationẽ vel desperationẽ appellari peccatũ in spiritũ sanctũ: sed illã tantũ quã comitat impenitentia: qui etiã impenitẽtiã dicunt esse peccatũ in spiritũ sanctũ. Sed qz Augu. dicit impenitentiã esse peccatũ in spiritũ sanctũ: cũ sic obstinatꝰ est aliquis vt non peniteat: discuti oportet an aliud sit obstinatio aliud impenitẽtia sit in eo peccatũ an idẽ sed diuersis mõis cõmissum. Scõm istos peccatũ illud dicit irremissibile: eo q nunq̃ dimittat. Vnde Augu. etiã dicit q hoc solum peccatũ veniã mereri nõ potest. Et hiero. q taliter peccans digne penitere nõ potest. Et ideo recte Johãnes dicit vt non pro eo oret quis: quia qui sic peccat: orationibꝰ ecclesie hic vel in futuro iuuari nõ potest habens cor induratũ tanq̃ lapis: sicut de diabolo legit. Post hanc vitã qui valde mali sunt meritis ecclesie iuuari non possunt.

Qualiter accipitur peccatum in spiritum sanctum.

Est etiaz alia huius peccati assignatio. Hoc em̃ peccatũ Augꝰ diffiniens in lib. de sermone dñi in monte ait: Peccatũ ad mortem est cũ post agnitionẽ dei per gratiã christi oppugnat aliq̃s fraternitatẽ ⁊ aduersus ipam gratiã qua recõciliatus est deo inuidie facibus agitat: qd fortasse est peccare in spiritũ sctũ: qd peccatũ dicit nõ remitti: nõ qz nõ sit ignoscendũ peccãti si peniteat: sed qz tanta est labes peccati illius: vt depcandi humilitatem subire nõ possit: etiã si peccatũ suũ mala conscientia agnoscere ⁊ renunciare cogat: vt iudas cum dixit: peccaui: facilꝰ desperans cucurrit ad laqueũ q̃ humilitate veniã peteret qd ꝓpter magnitudinẽ peccati iam ex damnatõe peccati tales habere credẽdũ est. Ecce quedã assignatio peccati in spiritũ sanctũ vel ad mortẽ hic posita est: qua illud peccatum esse tradit oppugnatio fraternitatis post agnitionẽ: ⁊ inuidentia gratie post recõciliationẽ: qd spẽs quedã obstinatõis intelligi potest. Illã tamẽ diffinitionẽ Aug. in lib. retractationũ rememorãs aliquid adijciendũ ibi fore: nec asserendo se dixisse aperit ita dicẽs Qd q̃dem non cõfirmaui: qm̃ hoc putare me dixi. Sed tñ addendũ fuit si in hac scelerata mentis puersitate finierit hãc vitã: quoniaz de quocũq̃ pessimo in hac vita cõstituto: nõ est desperandũ: nec ꝑ illo imprudenter orat de quo nõ desperat. His verbis insinuat peccatũ p̃missa diffinitõe descriptũ: tunc solum debere dici ad mortẽ vel in spiritũ sanctum: cum nõ habet comitem penitẽtiã: nec de aliquo peccatore desperandũ est in hac vita et ideo ꝑ omni esse orandũ. Vñ illud Job. Nõ pro eo dico vt q̃s oret: sic accipiendũ videt: vt ꝑ aliquo peccante ad mortẽ vel in spiritũ sanctũ postq̃ finierit hãc vitam nõ oremus. Dum aũt in hac vita est nec peccatũ illiꝰ iudicare nec de illo desperare: sed ꝑ illo orare debemꝰ. Vñ Aug. de verbis dñi de impenitẽtia que est blasphemia in spiritũ sanctũ sic ait: Ista impenitẽtia vel cor impenitẽs: quãdiu quisq̃ in hac carne viuit nõ potest iudicari. De nullo em̃ desperandũ est: q̃diu ad penitentiã patientia dei adducit. Paganꝰ est hodie: iudeus infidelis est hodie: hereticus est hodie: scismaticꝰ est hodie: q̃d si cras amplectat catholicã fidem: ⁊ sequat catholicam veritatẽ. Quid si isti quos in quocunq̃ genere errorꝭ notas: ⁊ tãq̃ desperatissimos damnas anteq̃ finiãt istam vitã agant penitentiã ⁊ inueniũt veram requiẽ ⁊ vitã in futuro. Nolite ergo añ tempꝰ iudicare quẽq̃. Ex his oñdit ꝑ singulis peccatoribꝰ ĩ hac vita esse orandũ: nec de aliquo esse diffidẽdũ qz cõuerti potest dum in hac vita est. qz non potest sciri de aliquo vtꝝ peccauerit ad mortem vel in spiritũ sanctũ: nisi cum ab hac vita discesserit: nisi forte alicui ꝑ spiritũ sanctũ mirabiliter reuelatũ fuerit. Ex p̃dictis aliqua tenꝰ capi potest quõ accipiat peccatũ in spiritũ sanctũ. s. inuidentia grẽ fraternitatẽ impenitenter oppugnãs: q̃ vtiq̃ obstinatõ esse videt: ⁊ oĩs impenitẽtis obstinatio atq̃ desperatio. Notandũ vo est q nõ oĩs q̃ nõ penitet ĩpenitẽs dici p̃t: qz impnia ꝓprie obstinati est: ⁊ vt quidã volunt etiã desperati.

Ps.6 Matt.27 Job.5. I. Cor. 4

Vtrũ pctm̃ in spm̃ sctm̃ dz dici irremissibile. Arti. V £

Deinde q̃rit de hoc qd dicit ibi: [Sed querit vtrum omis obstinatio ⁊c.] Hic em̃ magister agit qualit sit irremissibile: ⁊ de hoc sic q̃-

Arg. pmo ritur: Si peccatū illud dicit irremissibile hoc non erit nisi ꝓter magnitudinē peccati/ vel ꝓter impotentiā remissiōis/ sed nō ꝓter magnitudinē vt pba
2o tur in littera verbis Augu. Si aūt dicit irremissibile ꝓter impotentiā ad remissionē/ hec impotentia aut erit ex parte remittentis/ aut ex ꝑte eius cui remittit nō primo mō: qz sic nullū peccatū irremissibile est omnipotēti medico q̄ equepotens est saluare in
3o multis z in paucis z in magnis z in puis. Si aūt dicit irremissibile ex parte eiꝰ cui remittit/ sic omne peccatū mortale diceret irremissibile/z sic omne pec-
4o catū mortale erit peccatū in spīsanctū. Si autem dicat irremissibile eo q̄ nō remittit neqz in hoc seculo neqz in futuro/sic omne peccatū in quo q̄s sine gratia discedit erit peccatū in spīsanctū/ qd̄ iterū falsū
Solo ad totū est. Solo dōm q̄ illud pctīm dī irremissibile nō ex ꝑte reatꝰ nec ex ꝑte remittētis nec ex ꝑte eiꝰ cui remittit sz ex parte cause mouentis ad remittēdū/z est ca dē cā que mouet ad peccandū: hec eīm est malicia: et hec accusat/z nō habet cōgruitatē remissionis eo q̄ non habet palliū excusatiōis. vnde qd̄ remittit qñqz hoc est de mera pietate medici. Aliā autē causam tangit Richar. de sancto victo. in epla de spiritu blasphemie dicens: q̄ sicut charitas nō excidit: sz pficit eo q̄ ipsa habet obiectū z actū manendi in futuro z hic: sz ibi pfectꝰ. ita peccatū illud quo ad suā causaz z actū nō remittit eo q̄ habet causam magis habundantē in futuro seculo q̄z hic. Causa eīm sua est amor peccati z odiū dei: z hoc magis abundat in damnatis q̄z in malis hic. Silr est in alijs speciebꝰ ꝓter solam ꝓsumptionē. Alij assignant alias causas vsqz ad sex q̄ cum istis erūt octo. Et harū sex prima est: qz opponit fonti misedie. Unū Augꝰ dicit sup Matth. 5. Pctīm in spīsctīm est/cum aliq̄s cōtra dei gratiā inuidie facibus agitat. Scōa est: qz talis vir humiliat se ad petendū veniā: et hoc habet in lra. Tertia est: qz raro z paucis dimissum est: z de hoc pōt exponi illō Ro. 2. Scōm duriciā aūt tuam tē. Quarta est: qz nō legit dimissum. Unū Luce. 11. sup illud q̄ peccauerit in spīsctīm dicit glo. Nic blasphemꝰ exigentibꝰ meritis sicut nunqz ad remissionē: ita nunqz ad penitētiā puenturus est. Quinta est etiā quā assignat Rich. qz in talibꝰ de pena debita nihil diminuit. i. minus q̄z alijs: qz nō habet excusationē in causa mouente ad illud peccatū. vñ Richar. dicit sic: pctīm diaboli inexpiabile: qz nullo modo expiari pt. peccatū in spiritūsanctū irremissibile cui nulla pene relaxatio fieri cōsueuit: z per hoc patet differentia inter inexpiabile z irremissibile. Sexta est: qz talis nūqz merek obtinere gratiā penitētie. Unū Matth. 3. sup illud qui peccauerit in spīsanctū dicit glo. Qui peccat in spiritūsanctū nō remittet ei: qz nō merek pniam agere vt remittat. z p hoc patet solutio ad totū.

Alia assignatio pctī in spīsctīm.

De hoc quoqz peccato in spīsctīm Ambr. in lib. de spiritusctō disserens diffinitā assigna-
Matt. 12. a tionē tradit dicēs: Cur dominꝰ dixerit: Qui blasphemauerit in filiū hominis remittet ei: qui autē blasphemauerit in spiritūsanctum neqz hic neqz in futuro remittet ei. diligēter aduerte: nunq̄d alia est offensio filij alia spiritussancti. Sicut vna dignitas sic vna iniuria. Sed si quis corporis specie deceptus humani remissius aliquid sentit de christi carne q̄z dignū est habet culpā: non est tamē exclusus a venia. Si quis vero sanctispiritꝰ dignitatē maiestatē z potestatē abneget sempiternā z putet nō in spiritu dei eijci demonia: Matt. 12
sed in beelzebub: non pōt ibi esse exhortatio venie vbi sacrilegij plenitudo est. Satis hic aperte explicat quid sit peccatū in spiritūsanctum. Qd̄ illi Augu. descriptiōi cōgruere videt q̄ illud peccatū dicit esse inuidentie gratie oppugnās fraternitatē. Qui eīm post cognitionē veritatis sanctispiritus veritatē negat eiusqz opa dicit beelzebub potestati: bonitati z gratie dei inuidere nō dubitat. Non vtiqz distinctio illa verborū sic accipiēda est quasi triū pſonarū diuise sint offense: sed ibi b
peccatorū genera distincta sunt. Peccatum eīm in patrē id intelligit qd̄ fit p infirmitatē: qz patri scriptura frequēter attribuit potentiam. Peccatū in filiū qd̄ fit per ignorantiaz qz sapientia filio attribuit. Tertiū expositū est. Qui ergo peccat p infirmitatē vel ignorantiā: facile veniā adipiscit: sed nō ille qui peccat in spiritūsanctū. Cum autē vna sit potentia: sapiētia: bonitās triū: quare patri potentia: filio sapientia: spirituisancto bonitas sepius assignet: superius dictū est.

Quō drūt blasphemia in spīsctīm pctīm in spīsctīm z spūs blasphemie in spīsctīm? Arti. V f

Einde querit de hoc qd̄ dicit ibi [Qui autē blasphemauerit in spiritūsanctū. s. a. Et q̄ritur hic differentia inter blasphemiā in spiritumsanctū/z peccatū in spīsanctū z spiritū blasphemie in spīsanctū. Hec eīm tria different tangit in littera. Et dōm q̄ peccatū in spiritūsanctū generalius est inter hec/z nō ponit nisi peccatū ad causaz mouentē que oppugnat gratiā in qua fit remissio peccatorū vt prius dictū est. Sed blasphemia in spiritūsanctū ponit actū in bonorātiōis spūssancti agniti in opere ostendente ipm/sicut fuit opus miraculi in expulsis demonibꝰ: qz sicut digitꝰ spūssancti demonstrauit/z tñ attribuebāt cōtrario spiritui: scz beelzebub. Blasphemia eīm est falsi criminis impositio in deum. Sed spūs blasphemie est amor blasphemandi p odiū dei spirans cōtra virtutē z gratiam spiritussancti. Item Richar. dicit: Si quis blasphemat tormentis cōpulsus vel p ignorantiā deceptus/ q̄s neget esse tolerabilꝰ q̄z si q̄s blasphemat malicia solaductus: malignitas q̄ blasphemie pre ceteris est pessima. Est aūt i hoc genere sceleratissimū z in quo malicia crescit vsqz ad summū qñ quis in dei virtuteriꝰ delectat z gloriat: quid eīm ē blasphemia nisi vituperatio diuina: ad hoc aūt quisqz aspirat qd̄ validū affectat multūqz desiderat: q̄d q̄ aliud videt spūs blasphemie q̄z affectio z desiderū vituparōis diuie.

Solo.

Pctīm i spiritūsanctū.

Blasphia

Spūs blasphemie.

Arti. VII

B Utrũ pctũ iudeorũ qui crucifixerũt xpm fuit pctũ in spiritũ sanctũ: ⁊ vtꝝ peccatũ angeli ⁊ primi hoīs fuit in spiritũ sanctũ.

Ad q̃ sic ꝓ. D Ende q̃rit de hoc qd dicit ibi [Peccatũ em in patre id intelligit ⁊c. s. b. Querit vtrum iudeorꝝ peccatũ fuerit in spiritũ sanctũ: et videt q̃ sic: qr Matth. 12. Luc. 11. vbi agit de pctõ in spũ sanctũ loquit de pctõ iudeorꝝ q̃ cõtradicebant operationib⁹ xpi p spiritũ sctũ factis. Sz cõtra B videt esse qd dicit Act. 3. Scio fratres: qr per ignorantiam fecistis/sicut ⁊ principes vestri: g̃ videt esse peccatũ in filiũ. et ad hoc multa pñt induci/ sed ista sufficiant: qr omnia vnã habent solutionẽ. Ulteri⁹ queritur de peccato angeli ⁊ primi homis. cum em infirmitas ⁊ ignorantia sint pene peccatũ ꝓsequẽtes nõ videt q̃ fuerint in angelo vel in homie ante peccatũ primũ: ergo videt q̃ peccatũ eorũ nec fuerit in patre nec in filiũ: ergo relinquit q̃ fuerit in spiritũ sanctũ.

questiũcla.

Ad ꝓ sic

Scdo q̃ ñ in oppositũ primo.

20 Sed cõtra hoc est qd dicit apl's de muliere Adam nõ est seduct⁹ sed mulier seducta prevaricatõne fuit seductio aũt cadit sub ignorantia: g̃ peccauit in filiũ ⁊ non in spiritũ sanctũ. Item de viro dicit Augu. q̃ credidit veniale qd erat mortale: g̃ ⁊ ipse aliquid ignorauit. Itẽ prim⁹ angelus credidit se posse accipere beatitudinẽ fm pfectũ posse sine meritis: ⁊ ex se: qr aliter nõ appetiuisset: ergo ⁊ ipse decept⁹ fuit: ⁊ sic omniũ peccatũ fuit in filiũ ⁊ nõ in spiritũ sanctũ.

30

Solo ad pm q̃stũ

Solo ad hoc q̃ pctũ iudeorꝝ quo ad opa que fuerunt argum virtutis spũssancti fuit in spiritũ ianctũ sed infidelitas qua crucifixerũt xpm fuit ex ignorantia crassa qua decepti fuerunt in carne saluatoris: ⁊ quo ad hoc fuit peccatũ in filiũ/ ⁊ sic patet solutio cõtrarietatis.

ad 2m q̃stũ

Ad aliud dõm q̃ ignorãtia est duplex: scz nescientia cõcomitãs naturã creatã: ⁊ ex illa peccauerũt ⁊ prim⁹ angelus ⁊ primus homo; ⁊ ignorãtia que est sequela peccati que dicit priuationem luminis gratie regentis in faciendis/ ⁊ ex illa nõ peccauerunt: ⁊ primo mõ fuit peccatũ in filiũ. ⁊ per hoc patet solo ad oia q̃ queri solent in ista distin.

Di. XLIIII vũ hẽat ortũ potentia peccandi

De potentia peccandi: an sit homini vel diabolo a deo.

